420 F

BIBLIOTHECA

marchal dauvergne procureur
au parlement de Paris est l'auteur
des arrest de l'amour il mourut en
1480. il est aussi l'auteur des
vigiles de charles VII.

Le commentaire latin sur les arrests
de l'amour est de la façon d'un jurisconsulte
de Lion.

la 32e arrest et les ordonnances
pour les privileges des masques sont
de l'invention de gilles dauvigny —
dit le pamphile.

ARESTA AMORVM

LI.

*

Accuratißimis Benedicti Curtij Symphoriani commentarijs ad utriuſq; iuris rationem, forenſiumque actionum uſum, quàm acutißimè accommodata.

Quibus, quòd alioqui paginæ aliquot erant uacaturæ, LII. Areſton ad finem adiecimus, nullis id quidem Commentariis illuſtratum, cæterùm ſiue argumẽti feſtiuitatem, ſiue inuentionis ſpectes acumen, nulli reliquorum ſecundum.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1546.

Universitas
BIBLIOTHECA

BENEDICTI BVATERII

Camerarij diui Pauli Lugdunensis ad D N. *Mauricium Bulliodum Senatorem Parisiensem, cui opus dicatum est, carmen.*

Dum natum quærit genitrix Cytherea uagantem,
Occurris mœstæ tunc Bulliode deæ.
O Venus exclamas, scimus quibus ocia terris
Ille terat, quem quæris sceleratus amor.
Curtius hunc (teneant lacrymantia lumina fletus)
Detinet, ambo dolos, iuraq; amoris agunt.
Curtius inuidiam metuens prodire negabit:
Dic me patronum, protinus hîc aderit.
Curre Venus, curre, & lætißima iurgia nati
Accipe, adest natus grande tribunal habens.
Quid stas? non ne ißhæc lepidis sunt condita uerbis
Iura, quibus tua plebs uiuere tuta queat?
Næ usus consilio puer est. Nam sæpe puellam
Fallere uir poterat, sæpe puella uirum.

ROBERTI BVLLIODI SACRIstæ diui Pauli Lugduni tetrastichon in librum.

Scripsit pragmaticus, quæ sanxit aresta Cupido,
Curtius explicuit, de tribus exit opus.
At maior refrenda fuit tibi gratia Curti,
Χρύσεα qui reddas, χάλκεα quæ fuerant.

BV
759
.M363
1546
Coll Spec.

D. MAVRICIO BVLLIODO SENATORI

Parisiensi, uiro doctissimo, æquissimoq;, Benedictus Curtius Symphorianus

S. D.

CHRYSIPPVS, quemadmodum memoriæ prodidit Aulus Gellius in his libris, quos περὶ καλῆς ἡδονῆς inscripsit, Iustitiã antiquioribus rhetoribus, atq; pictoribus depingi ad hunc propè modum solitã, vir præstantissime, scribit. Videlicet forma, ac filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex cuius imaginis significatione, intelligi voluit, iudicem oportere esse grauẽ, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos, nocentesq; immisericordem, atque inexorabilem, erectumq;, & arduum, atque potentem vi, & maiestate æquitatis ac ueritatis terrificum. Quæ quidem omnia ex ipsius imaginis denotatione: sed & multa ex illius effigie prætefers. Quibus omnibus, nedum horum aliquo erga me vti te, quin etiam rogarim in his meis Commentarijs quos in Amorum Aresta tuo auspicio in publicum emisi: ab obtrectantium calumnijs defendi, protegiq; velim. Sunt etenim in his pleraq; censoria nota reprehẽsuq; digna, quæ non modo antistes Iustitiæ, vt tu in amplissima Parisiorum Lu-

tetiæ curia es, verum theſmotheta carpere poſsit. Primùm eloquentiam, crebram tum legum, atque capitum, & cæterorum vltra aleam iuriſconſultorum citatam autoritatem. Nonnunquam etiam quod in amore iocatus ſim laſciuiente calamo. Sæpius autem ab opinione iuriſperitorum recentium diſſenſi, in quibus his omnibus, aut ſaltē pluribus, eſt aliquid quod conſpectus iuſtitiæ tuæ, & dignitatis non cum reuerenda triſtitia terrificus verum humilis, & facundæ autoritatis me cōdonare poſsit: atq; etiam quod defendere poſsim. Eloquētiam verò præſtare in ſcholijs legalibus, nedum in cæteris commentarijs, ac rebus alijs per rari eſt hominis, quam ipſe itidem præſtare neq; polliceor, neq; ita temerarius ſum, vti id iactitem, ac confidā: quin etiam parum Latina inſeruí: quæ ipſa Latinitas, in ſuo tribunali ſedens, vix probare poterit, nec ipſius linguæ critici. Verum neotericis iuriſprudētiæ autoribus morem in nonnullis geſsiſſe me oportuit, ne ſi aliter à me ſcripta, translataq; forent, parū ab omnibus intelligerentur: tum præſertim quòd interpretem non obſcurum, ſed clarum, & aperientē eſſe deceat, ne, dum gryphos elucidat, gryphis ipſis obſcurior ſit: vtpote obſcura obſcuris nectens: vt mihi denicq; culpā deprecari, quàm ipſa carere idoneū magis viſum ſit. In coaceruādis verò ad vnius rei tam legū, quàm capitū opinionibus & cæterorum autoritatem & cōprobationē, id cum noſtratibus leguleis feci, quorum præcipua inter eos laus eſt, ad vnam rem, parū nonnunquam difficilē (etſi in idē recidant) cōgerere ſententias, ſurſum ac deor

ſum

sum vagantes. hoc autem est diui Hieronymi ad Ruffinum autoritate, qui commentatoris officium esse ait, multorum sentẽtias ponere, & materiam è materia serere. Quod parcius à me obseruatum est: veritus libri mẽsuram, ne ita vsq; ad fastidij necessitatem volumen extenderetur: ne etiã lectori nauseam excitarem, & eius animũ vulnerarẽ. E' nostris verò iurisperitis in iure ciuili Bartholũ, & Paulum Castrensem selegi, quòd is præcipuus inter recẽtes vno omniũ ore habeatur, acclametur q; : alter planè facilior & enucleatior. In iure pontificio Nicolaũ Tudiscum, Abbatem Panhormitanum, & Petrũ Ancharanũ, Zabarellam q; cum cæteris iuris Cæsarei & Pontificij glossematicis: à quorum sententia sæpe ego discessi, nec enim in alicuius verba iureiurando adactus sum. Quamobrem rem permolestam feciſſe aliquibus non sum nescius, quibus etiam suum iudicium reliqui. Dijudicabit bonus, æquus q; lector: dijudicabunt etiam qui post nos venient. Quod autẽ è penu promptuaria cæterorũ autorum plura congessi, id cum Martiano, Celso, Marcello & alijs antiquis Romanis iurisconsultis feci. Neq; enim ita præcisè, circunciseq; commentationem nostram facere, & sicco pede vestigijs legum interpretũ inhærere volui: sed accessione aliqua nostrorũ opiniones cum aliquo oblectamẽto adiuuare. Cæterum plura adijci potuisse ingenuè profiteor, quæ in presentiarũ omittere partim breuitatis gratia (quæ mirũ in modũ animos delectat) malui: partim etiã, quod satis abunde sufficit, si vel in paucis amici laboribus cõsulatur, ut ad Octauiã

Diocletianus, & Maxi. Cæsares testati sunt. Multa insuper in amoris prærogatiuam scripsi, quæ vel Momus iurisprudentiæ aliquis, etiam citra crepidam reprehendere possit. Idq; cum autore ipso iocatus sum, etiam iuueniliter plerunque extra rem, dum enarrandis his amorum Aretis inhio. Necq; amores meos, & ineptias patefeci, quòd fecerunt viri grauissimi Hortensius, Seruius Sulpitius, etiam iurisconsultus, Q. Sceuola, M. Brutus, diuus Augustus, Plinio secundo autore: insuper & Nerua, & Hadrianus, referente Spartiano: prætereo philosophos multos. Et hæc quidē post impetratam studij mei legalis veniā, quum iam me Lutetiam Parisiorum contulissem, ferēdis Aretis imam aurem vellens in Basilica incumberē. Hæc enim, quantulacunq; sint, tibi optimè Senator offero, propter meam erga te obseruantiam, quòd etiam optimum te semper censorem existimauerim, tum etiā quòd si me parum prudentem interpretem ac nocentem deprehenderis, ex sanctissimo amicitiæ genio erga omnes tuo veniam erga te mereri confidā. Quæ si ille tuus virginalis aspectus ferre non possit, saltem illa familiaritas multarum academiarum, quæ non leuis esse consueuit, Fabio Quintiliano autore. At si contra hæc mea in aliquibus comprobes, te iudice patronorum, aduocatorum, pragmaticorumq;, necnon subscriptorum omnium, & aliorum quorūcunq;, calumnias, inuidiam, suggillationes, ac tricas parui faciā. Hæc sunt præterea studij legalis mei primi labores, & fructus, quos ideo prompta, vt aiunt, manu accipere debes, sicut nec Deus agricolarum primitias,

mitias, qualescunque sint, contemnit. Offert enim vnusquisq; quod habet: aurum hic, argẽtum alius, byssum, pelles, caprarum pilos: mecum bene erit, si hos cõmentarios hilarè receperis: quòd nunc aliud non habeam, quod offeram. Vale.

IOANNIS CANAPPERII Medici Parisiensis.

Quintus Alexandri res gestas, noster amoris
Iura, omni præstans Curtius arte refert.
Cui Mars indiderat nomen: prior ille terendum
Hoc opus omnigenis ediderat manibus.
Docte tua sed Curti opera latiale uolumen
Effectum est, doctis charta legenda uiris.
Quicquid enim rhetor, medicus, iurisq; peritus,
Philosophus, uates, Curtius unus habet.
Hæc igitur solers eme commentaria lector,
Sic modico immensas ære parabis opes.

IANI GVTTANI, SYMPHORIANI interpretis è sorore nepotis.

Liber loquitur.

Immensum tractet ciuilia iura uolumen,
Te lector, tanto nolo labore premi.
Nostra leueis caussas, & iurgia ludat amantum
Charta, mei partes semper amoris agam.
Disce meas lites agitare, ut læsus amator
His dominam posis legibus arguere.
Bartolus immensa docuit farragine leges,
At quales nescit det truculentus amor.

Ne quid sit dubij, scholijs curauit apertis
Curtius, ut noscas quàm bene cultus eat.
Si non materia, possum breuitate placere.
Quanquam si spectes, lector, utrunq; dabo.

AVTORVM NOMINA, QVORVM TESTIMONIO AVTOR vsus est in his scholiis: eò videlicet ordine, vt primùm Græci, pòst Latini: dein vulgares, & inter hos omnes primùm Theologi, pòst Philosophi, Medici, Historiographi, Oratores, & omnes qui oratione soluta scripserunt: postremùm Poëtæ locati sunt.

Gregorius Nyssenus
Basilius Magnus
Ioan. Damascenus
Ioan. Chrysostomus
Athanasius
Iustinus Martyr
Cyrillus
Vulgarius
Plato
Aristoteles
Xenophon
Theophrastus
Plotinus
Lucianus
Epictetus
Hierocles
Alexander Aphrodiseus
Onosander
Maximus Tyrius
P. Mimus
Hippocrates
Galenus
Paulus Aegineta
Dioscorides
Herodotus
Thucydides
Pausanias
Plutarchus
Dion
Polybius
Athenæus
Dionysius Halicarnaseus
Diodorus Siculus
Suidas
Ctesias
Aelianus
Appianus
Herodianus
Procopius
Agathius
Arrianus
Strabo
Diogenes Laërtius
Iosephus
Egesyppus
Eusebius
Solomenus
Philostratus
Horus Apollo
Aesopus
Demosthenes
Isocrates
Aphthonius
Homerus
Hesiodus
Theocritus
Euripides
Aristophanes
Museus
Archias
Pallas
Paulus Silentiarius

LATINI

Ireneus

Lactantius Firmianus
Cyprianus
Tertullianus
Hilarius
Hieronymus
Aurelius Augustinus
Ruffinus
Paulinus
Clemens
Leo S.Pont.
Ambrosius
Io.Francisc.Picus
Matthæus Bossus
Mapheus Vegius
Laurentius Iustinianus
Boëtius
L.Apuleius
Seneca
Casiodorus
Martianus Capella
Censorinus
Marsilius Ficinus
Theodorus Gaza
Christophorus Landinus
Georgius Valla
Pomponius Gauricus
Cornelius Celsus
Auicenna
Crispus Sallustius
Caius Iul.Cæsar
Cornelius Nepos
Titus Liuius
L.Florus
S.Aurelius Victor
Qu.Curtius
Valerius Maximus
Velleius Paterculus
Iustinus
Paulus Orosius
Suetonius Trãquillus
Cornelius Tacitus
Spartianus
Ael.Lampridius
Vopiscus
Capitolinus
Ammianus Marcellinus
Barptolemæus Platina
Sabellicus
Robertus Gaguinus
M.Tullius Cicero
Seruius Sulpitius
Lepidius
Plinius Secundus
Plinius Cecilius
Aulus Gellius
Aurelius Macrobius
M.Cato
M.Varro
L.Columella
Higinus
Iulius Solinus
Pomponius Mela
Sidonius Apollinaris
Fulgentius Placiades
Vitruuius
Vegetius
Modestus
Cornificinus
Fab.Quintilianus
Fortunatianus
M.Fab.Victorinus
Guliel.Budæus
Hermolaus Barbarus
Desiderius Erasmus Roteroda.
Philippus Beroaldus
Iodocus Badius
Franciscus Barbarus
Leo Baptista Albertus
L.Antonius Pantheus
M.Vipera
Marinus Beeichemus
Antonius Faber
Ludouicus Cælius
Petrus Crinitus
Alexander ab Alexandro
Antonius Panhormitanus
Leonardus Portius
Polydorus Vergilius
Nicolaus Horius
Christo.Hegendorphinus
Diomedes
Seruius Honoratus
Aelius Donatus
Priscianus
Agrætius
Acron

Porphyrio
Nonius Marcellus
Festus Pompeius
Asconius Pædianus
Laurentius Valla
Plautus
Terentius
Lucretius
Vergilius
Lucanus
Silius Italicus
Papinius Statius
Valerius Flaccus
M. Manlius
Claudianns
Iuuenalis
Horatius
Prosper
Aurelius Prudētius
Valer. Martialis
Ausonius
Tibullus
Catullus
Propertius
Cornelius Gallus
Ouidius
Nemesianus
Claudius Rutilius
Architrenius
I. Iouianus Pontanus
Mich. Marullus
Hierony. Angerianus
Angelus Politianus
Ioan. Anto. Campanus
A. Augurellus
Franciscus Philelphus
Ludo. Bigus Pistorius
Strozii pater & filius
Elisius Calentius
Pamphilus Saxus
Lancinus Curtius
Pacificus
M. Anto. Flaminius
Platinus Platus
D. Pall. Soranus
Georgius Anselmus
Zambertus
P. Faustus
Petrus Leo
Barptolemæus Crottus
Franciscus Iustulus
Quintianus Stoa
Fran. Vall. Sermonetanus
Lydius Cattus
Benedictus Iouius
Philippus Vagnonus
Antonius Cornazanus
Bernardinus Bocatius
Iacobus Cõstantius
Andreas Maro
Franciscus Seranus
Hermicus
Michaël Varinus
Salmonius Macrinus
Barptolemæus Lochienſis
Monsmoretanus
Ioan. Rauisius Textor
Remaclus
Nicolaus Asclepius
Ianus Pannonius
Vrsinus Velius
Euricius Cordus
Ottomarus Luscinius
Henricus Bebelius
Petrus Bembus
Marius equicola
Iacobus Cauiceus
Frãciscus Columna
Alexander Velutellus
Dantes Aagherus
Franc. Petrarcha
Laurent. Medices
Ioannes Mena
Gulielmus Iorris
Ioan. Clopinellus
Alanus Auriga
Gulielmus Cretinus

FINIS.

BENEDICTI

CVRTII SYMPHORIANI IN ARESTA AMORVM COMMENT.

BENE erit iuxta Vlpiani sententiam in l. j. ff. de reb. cred. si prius quàm ad Arestorum deuenia mus explanationem, pauca de ipsius vocabuli significatione dicere: vtque cum Cicerone loquamur. (Quia omnis disputatio de Arestis futura est) antè diffinire libet, quid sit Arestum: Nam, vt ait Galenus in libello artis medicinalis, Ex diffinitione enim sufficiéter omnia memoriæ commendantur. Est igitur Arestum curiæ amplissimæ, siue senatus sententia. Qua voce Græcè placita significantur: debetque per vnicum r, scribi: cuius quidem interpretationis Gulielmus Budæus, totius Galliæ, ac literaturæ Græcanicæ præcipuum decus, nos primus admonuit. *Arestum.*

EN uiron la fin de Septembre,
Que faillent violettes, & flours:
Ie me trouuay en la grand chambre,
Du noble parlement Damours.
Et aduint si bien quon vouloit,
Les derniers arrestz prononcer:
Et que à ceste heure on appelloit,
Le greffier pour les commencer.

AVTOR huius libri cognitor fuit senatus Parisiensis, nomine Martialis, origine Aruernus, cuius extant alia opera rhythmis Gallicanis, vt sunt Vigiliæ Caroli VII. in quibus Britannorum ex regno ab ipso facta expulsio describitur. Quarum lectio per aratores decantata, tanti apud Gallos est, quanti Catulli Lesbiæ passeris deploratio apud omneis. Sũt præterea eius Matutinales ad diuam Mariam deprecationes. Describit autem hic & tempus, & locum in quo ius redditum sit: qui locus IVS dicitur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. Quem *Ius vbi reddi debeat.*

locum

locum determinare possumus, vbicunque prætor salua maiestate imperii sui, saluoq; more maiorum, ius dicere constituit, is locus rectè Ius appellatur. l. pen. ff. de iust. & iur. Qui quidem locus ea significatione extenditur, etsi domi, aut in itinere ius reddatur. l. voluit. §. fi. ff. de inter. act. Quæ sententia paulò seueritatem tribunalis diminuit. Nisi hæc interrogatoriis tantum locum sibi vendicet, aut in confessionibus iudiciariis: vt & titulus & materia exposcit. Ni etiam sententia ex periculo, quin potius ex breuiculo recitanda sit, iudice curru tracto, aut equo insidente.

Sententia in publico non lata, non valet. Bart. in l. j. C. de sent. ex bre. recit. Sed & sententia in non publico lata, non valet. l. cùm sententiam. C. de senten. & interl.

Sententia ferenda est in ea ciuitate, vbi factum est compromissum. Sententia quippe in ea ciuitate ferenda in dubio est: vbi factum sit compromissum. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de recep. arb. Possunt tamen iudices delegati, & qui certum tribunal non habent, seligere, quem maluerint. Dum tamen honestum. argumento d. l. si cùm dies. §. sed & si. Accursius. Paul. Castr. in d. l. cùm sententiam. hic in l. fi. ff. de iur. om. iud. Bartol. in d. l. j. Panor. in c. P. & G. de offic. delegati. Si verò non sit locus comprehensus, debent

Delegati iudices vbi debeant ferre sententiã. iudicare vbi consuetum sit. l. si locus. ff. de iudic. Verùm quid si partes consentiant, vt non in loco maiorum ius reddatur? Bart. in d. l. penult. id posse arbitratur. argum. d. §. si arbiter. Panor. in d. c. P. & G. sicuti possunt arctatum à delegãte prorogare. l. cùm non ex eo. C. quando prou. non est nec. in qua Accurs. & etiam locum. l. vinum. ff. de reb. cred. l. quæro. ff. de sol. Quum idoneè arguant nostri Iurisconsulti de tempore ad locum: vel ecõtrario Bart. Paul. in d. l. vinum. nunquid etiam possint assentire partes,

Sententia extra territorium lata non valet. vt extra territorium ius dicatur? cùm extra illud sententia lata non valeat. l. fi. ff. de iur. om. iudic. c. fi. de constit. in vj. Bartol. in d. l. penult. id posse dicit. Paul. tamen in d. l. fi. in ordinario non arbitratur: cùm locum certum maiorum habeat, quod in delegato secus est. Idem Paul. in d. l. quæro. In d. tamen l. fin. id posse fieri dicit, in omnibus iudicibus expresso partium consensu. Quum in cæteris prorogationibus satis sit tacito. c. statutum. §. illo. de rescript. in vj. Idem in l. si qui ex consensu. C. de epis. aud. Panor. in d. c. P. & G. qui cum Paul. addit: vt iudex alterius territorii cõsentiat. c. vt litigantes. eo. tit. in vj. Idem in c. nouit. col.

Iudex inter iudicãdum an federe debeat. ij. de offic. deleg. Vide Anch. in c. fi. de constit. in vj. An verò iudex inter iudicandum debeat federe, vide in c. fi. de re iudicata. in vj. & ibi Ioan. Andr. Bart. in d. l. j. Et quid si id non possit ob infirmitatem? Ad hanc verò rem Plautus in Mostellaria: Nimio

plus

plus ſapio ſedens. Varro lib. j. de Re ruſtica, commune prouerbium Romanorum eſſe dicit: Romanus ſedendo vincit. De quo Polydorus Vergilius numero cxiii. Quòd feciſſe Carolum v. annales Gallici prodiderunt. Sedere inſuper teſte Seruio in ix. ex Plauto conſilium capere eſt. *Sedere.*

Si eſtoyent illec bien,
A les rapporter, & auoir.
Au millieu deſquelz ie me aſsis,
Pour en faire comme eulx deuoir.
Le Preſident tout de drap dor
Auoit robbe fourree dermines,
Et ſur le col vn camail dor,
Tout couuert deſmeraudes fines.
Les ſeigneurs lais pour veſtement,
Auoyent robbes de vermeil,
Frangees par hault de dyamans,
Reluyſans comme le ſoleil.
Les autres conſeilliers degliſe,
Eſtoyent veſtu de velouts pers,
A grand fueillage de Veniſſe,
Bordez à lendroit, & lenuers.
Deſſus ſi auoyent leurs manteaux
Tant de groſſes perles barrez,
Fermans à moult riches fermeaux,
Et puis leurs chapperons fourrez.
Apres y auoit les deeſſes,
En moult grand triumphe, & honneur:
Toutes legiſtes, & clergeſſes,
Qui ſçauoyent le decret par cueur.
Toutes eſtoyent veſtues de verd,
Fourrés de penne de letiſſes.
Et auoyent leur col tout couuert,

De coll

De colliers dor, gents & propices.
Puis portoyent attours à ces fins,
Moult excellens, & precieulx:
Qui estoyent si deliez & fins,
Que on veoit leurs beaulx cheueulx.
Leurs habitz sentoyent le cypres,
Et le muscz si abondamment,
Que lon neust sceu estre au plus pres,
Sans esternuer largement.
Oultre plus en lieu dherbe verd,
Quon ha accoustumé despendre,
Tout le parquet estoit couuert,
De romarins, & de lauande.
Plusieurs amans & amoureux,
Illec vindrent de diuers lieux,
Et damans courroucez ioyeulx.
Par derriere les bancz ien vis,
Qui lesdictz arrestz escoutoyent.
Dont leurs cueurs estoyent tant rauis,
Quilz ne sçauoyent, ou ilz estoyent.
Les vns de paour serroyent leurs dens:
Les autres esmeuz & ardans,
Tremblans comme la fueille en larbre.
Nul nest si saige ne parfaict,
Que quand il oyt son iugement,
Quil ne soit à moytié deffaict,
Et troublé à lentendement.

Iudicium pertimescendum. OVIDIVS in 1. Metamorphoseos ostendit iudicem timendum his verbis: -Nec supplex turba timebat, Iudicis ora sui. Martialis in xij. ad Séproniã: Nec minus attonitis vox celebrata reis. Cicero pro P. Quintio: Magnitudo periculi summo timore hominẽ afficit: quòd vno iudicio de fortunis omnibus decernit.

Ie laisse

Ie laisseray ceste matiere,
Car de cela peu me chaloit:
Et racompteray la maniere,
Comme le President parloit.
Et tout ainsi & au plus pres,
Que les arrestz luy ouy dire:
Ie les ay escriptz cy apres,
En la forme que les orrez dire.
Sans y adiouster quelque chose,
Ausi retenir ne oster.
Et les prononça tous en prose,
Comme vous orrez reciter.

PREMIER ARREST.

Arrest interuenu sur vne sentence en matiere de tralison, & exces dun Amoureux lequel pour iouyr de samye se faignit tuer.

PAr deuant le Preuost de dueil se assist de pieça vn proces, entre vne tresgratieuse dame, & le procureur Damours en cas dexces dune part: & vn amant ieune escuyer deffendeur dautre part. Et disoyent lesdictz demandeurs, que ceste dame en tout son temps ha esté de grand renommee, fort esbatant, ioyeuse, & de plaisant maintien. Et quelle sest tousiours bien & honnestement entretenue en seruice Damours, sans iamais auoir esté reprinse daucuns villains cas, blasmes, ou reproches.

HAEC EST existimatio. Quæ est dignitatis illæsæ status: legibus, ac moribus comprobatus. Quæ ex delicto nostro autoritate legum aut minuitur, aut cõsumitur. l. penult. ff. de var. & ext *Existimatio.*

& extraord.cog. Hic verò de legibus,& moribus amantium intelligendum erit.

Or estoit vray que ia pieça cest amoureux saccointa delle,& apres plusieurs allees & venues, il la pria daymer : en luy presentant plusieurs dons & bagues, quelle ne voulut prendre ne receuoir pour doubte de commettre simonie en amours, qui est deffendue.

Simonia.

Amor res diuina.

Animus.

Gratia.

Accessorium naturam sequitur principalis.

Pro innestitura quid dare, simonia est.

In curia romana non est locus simoniæ.

Propter futurũ matrimoniũ donatio an ualeat

SICVTI enim aliquid vel dare, vel exigere pro re spirituali simonia est,totis titulis de simonia iuris Pontificii: ita & in amicitia est. Quum sit quid diuinum amor, & igneus illi vigor sit,ac solis etiam animis consistat.l.iij.ff.de donatio.inter vir.& vxorem. Est præterea animus quid spirituale, quo amor retinetur, & etiam gratia propter quam amamus. Panorm.in c.quanto.de iudic. Igitur pro eo quid dare,simoniacum erit,ac proannexis. Idem in rubric.illius tituli & in cap.de iureiur.de iure patron.Accessorium verò principalis gaudere prærogatiua decens est. Idem in c.j.eod.titu.Nec consuetudo quem excusat.cc.non satis.cùm in ecclesiæ.eo. Qui tamen minima confert,simoniam non facit.c.& si quæstiones.illo titu. Quæ autem parua sint,secundum recipientium & offerentium personas metiendum erit. Caueant tamen, ne pro innestitura quid detur, tunc enim esset simonia.c.in tantum.in eo. Bene illud crimen incurrit,qui propter mulieres omneis facultates decoxit.Quæ pestis omneis alios morbos sua magnitudine vincit.c.sicut.eo. Et illud crimen immane est,ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo sunt.c.per tuas.j.eo. At etiam taleis ab omni psalmodia repellendi sunt.cc.accusatum.quoties tanto.eo. Quia inde subsequitur fletus.Et à templo expellendi sunt.c.sicut.eo.In curia tamen Cupidinis eiusq; matris nõ habet locum simonia,sicuti nec in curia Rom.Pan.in c.j.eo.Neq; in principis curia,lex iulia de ambitu.Quod hodie ad vnguẽ obseruatur,non tamen sine animæ detrimento. Ac nec propter futurum matrimonium vter alteri dare quid debet.l.si ita stipulatus.§.fi.ff.de verb.obl.l.quod sponsæ.C.de don.ante nupt.l.j.ff. de don. Nisi vbi mulier esset nobilis:vir autem plebeius.Bartol.Paul.in d.§.fi.ille in l.diuortio.ff.de verb.oblig.Panor.in d.c.cùm in ecclesiæ.Quid si à tertia persona elargiatur ? Paul.in d.§.fina.maximè si ob rem habendam,

bendam, quæ turbis causa est. Pan. in d.c. cum in ecclesiæ. Simonia verò quid, & vnde, & quot modis fiat, Io. in prin. j. q. j.

Mais len remercia, en luy soubriãt, & respondãt gracieusemẽt, toutes & quantes fois quil parloit à elle. Et peult bien estre que pour la loyaulté quelle cuydoit trouuer en luy. Disant, quelle laymoit biẽ, & ql estoit taillé dauoir beaucoup de biẽs au tẽps aduenir: sans y penser nul mal. Dont le galand mal consyderant q̃ Dames sont tousiours plus prõptes à resiouyr cueurs damoureux, que à faire douloir:

NATVRA enim comparatum est, vt mulieres magis delectent, quàm contristent. Nam, vt inquit Stroza pater: *Mulieres delectant.*

Sic dedit egregiam faciem natura puellis:
Non adamanteum pectus habere iubet.
Nec iubet exitio tristi lætentur amantum.
Fallitur, id suadet si qua puella sibi.

Sesmeut, & eschauffa tellement, quil luy sembla que la besongne estoit ia faicte, & quil en viẽdroit bien au dessus des craintes. Et de faict, vne iournee luy vint dire quil estoit mort, & quil ne viuroit pas trois iours, si elle ne luy octroyoit ce quil demandoit. De laquelle chose ceste Dame estoit moult esbahye, & en brief luy respondit, que dautant quelle laymoit, elle le hayroit desormais, sil luy parloit plus de cela. Dont il nen tint guieres de compte, ains sefforça de proceder oultre.

PROPTER repulsam amasius desistere non debet. Ouid. in. j. de Arte: *Propter repulsam nõ desistendum.*

Prima tuæ menti veniat fiducia cunctas
Posse capi, capies, tu modò, tende plagas.
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ:
Mænalius lepori det sua terga canis:
Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet.
Hæc quoq; quam poteris credere nolle, volet. In eodem:
Ergo age, ne dubita, cunctas superare puellas:

Vix erit è multis, quæ neget vna tibi.
Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen esse rogatæ:
Vt iam fallaris tuta repulsa tua est. Alibi in eodem:
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lenta pati fræna docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.
Penelopen ipsam, perstes modò, tempore vinces.
Capta vides serò Pergama, capta tamen.
Idem in iij. Metamorph.
Sed tamen hæret amor crescitq; dolore repulsæ.
Claudianus:
Accenditq; magis quæ refugit Venus.
Quod flenti tuleris, plus sapit oscul̃um.
Martial. in iiij. ad Sophronium:
Quæro diu totam, Sophroni Ruffe, per vrbem:
Siqua puella neget, nulla puella negat.
Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare:
Tanquam non liceat, nulla puella negat.
Casta igitur nulla est, castæ sunt mille. quid ergo?
Casta facit? non dat: non tamen illa negat.
Syluula apud Saxum:
Aspera sunt, quamuis vel plus quàm credere fas sit,
Dura tamen mollis marmora rumpit aqua.
Ardua robustis quercus radicibus hærens,
Extollit ramos quæ super astra suos:
Ictibus immodicis validæ percussa securis:
Eruta frondosum ponit & ipsa caput.
Assuescit curui sub pondere toruus aratri:
Globosam Cereri scindere taurus humum.
Non vidit domitos collo quis ferre chelydros:
Qui portant medio falsa venena foro.
Indomitus nunc nunc dominum qui ferre negabat:
Anxius eleo puluere sudat equus.
Lambit securi dextram rabiosa magistri:
Montibus incultis, quæ modò tigris erat.
Tempore sublimes ponunt fastigia turres:
Aequantur presso culmina celsa solo.

Mœnia

Mœnia dimittunt præclari nominis vrbes,
Cuncta domant cursu tempora longa suo.

Et prendre par force vn baiser, parquoy elle le vouloit frapper. Et neantmoins ne sen veult departir, ains reuient vers elle faignãt de pleurer de douleur & dãgoisse quil enduroit. Et sestoit faict frotter le visage, & les yeulx, deaue de solcie, à fin quil semblast plus piteux.

HOC præstat cyminum siue cuminum. Horat. lib. j. Epistolarum, epist. xx. Qui si Pallentem casu biberent exangue cyminum. Vbi Acron id affirmat, & Dioscorid. lib. iij. c. lxvj. *Cyminum pallidos reddit.*

Et tellement, que ceste Dame esmeuë de pitié, en cuydant veritablement, que les larmes quil auoit aux yeulx luy vinssent du profond du cueur.

LACHRYMAE in amantibus artes sunt. Ouidius: *Lachrymæ in amantibus artes sunt.*

Et lachrymæ prosunt, lachrymis adamanta mouebis:
Fac madidas videat, si potes, illa genas.

Si lachrymæ (neq; enim veniunt in tempore semper)
Deficiunt: vda lumina tange manu.

Et idem Elegia VIII.

Quin etiam discant oculi lachrymare coacti,
Et faciant vdas ille vel ille genas.

Decepta fuit Briseis Achillis lachrymis, vt illa apud eundem testatur.

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis:
Credidimus generi, numinibusq; tuis.

Credidimus lachrymis, an & hæ simulare docentur?
Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur, eunt.

Et Medea Iasonis:

Vidi etiam lachrymas, an & est pars fraudis in illis?
Sic citò sum verbis capta puella tuis.

Sed quid si lachrymæ in viris artes sunt, atq; doli? quid in mulieribus? Sunt etenim harum lachrymæ (vt ait in Andria Terentius) confictæ dolis. Propertius in iij. & fi. eleg. Nil moueor lachrymis, ista sum captus ab arte: Semper ab insidijs Cynthia flere soles. Architren. lib. vij. *Lachrymis mulierum non credendum.*

- Riguumq; facillima flendi
Fœmina pectus habet, didicitq; cadentibus vltro

In lachrymas clauſiſſe dolos. Lydius Cattus:
Quem non deciperet fictis mala fœmina verbis?
Quem non blanditiis falſa puella ſuis?
Sæpe addit lachrymas, lachrymis caue doctior, artes
Hæ ſunt: has lachrymas tu caue tutus eris.

Mulieres faciles ad decipiendum.

Et vt è materia materiam conſeramus: quod peculiare recentiũ iuriſperitorũ eſt: & aliquod parergon addamus, ſunt enim mulieres faciles ad decipiendũ. Nam vt inquit Imperator Iuſtinianus: Infirmitatẽ naturæ mulierũ ſatis nouimus, quòd facile circumuentiones fiunt aduerſus eas. §. quæſitũ. in auth. de æq. dot. col. 7. Et Hæro Naſonis: Fortius ingeniũ ſuſpicor eſſe viris. Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis. Præſertim autẽ à maritis decipiũtur. §. ſi qs. in aut. vt immob. ante do. col. 5. Et ſerpẽs ille tãti ſceleris autor prius ad Euã cõuerſus. c. Adã. 5. q. 5. Ariſtoteles aũt ſtatim circa princip. 9. de Animalib. mulierẽ faciliorẽ ad decipiẽdũ memoriæ ꝓdidit. Dido Verg. lib. 4. Aeneid. ſic fatur:

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis,
Tuq; pueróq; tuus, magnum & memorabile nomen:
Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum eſt.
Ouidius in iij. de Arte.
Sæpe viri fallunt, teneræ non ſæpe puellæ:
Paucaq; ſi quæras crimina fraudis habent.
Phaſiadem matrem fallax dimiſit Iaſon:
Venit in Aeſonios altera nupta ſinus.
Quantum ad te Theſeu volucres Ariadna marinas
Pauit: in ignoto ſola relicta loco.
Quære nouem cur iſſe vices dicatur, & audi:
Depoſitis ſyluas Phyllida fleſſe comis.
Et famam pietatis habet: tamen hoſpes & enſem
Præbuit: & cauſam mortis Eliſſa tuæ. In epiſtolis.
Sed quia crudelitas damno ſolet eſſe puellis:
Verbaq; dicuntur veſtra carere fide.
Idem in ij. Epiſtola:
Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna fauore fuit.
Et hic in xiiij. etiam Metamorph.
Sed amans, & læſa & fœmina Circe eſt. Alibi:
Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis.
Propertius in ij.
Colchida ſic hoſpes quondam decepit Iaſon:

Eiecta

Iecta eſt, tenuit nanq; Creuſa domum.
Sic à Dulichio iuuene eſt eluſa Calypſo:
Vidit amatorem pandere vela ſuum.
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ
Diſcite deſertæ non temere eſſe bonæ.
Catullus in Argonauticis:
Frigidulos vdo ſingultus ore cientem
Siccine me patriis abductam perfide ab oris
Perfide deſerto liquiſti in littore Theſeu?
Siccine diſcedens neglecto numine diuûm
Immemor, ah, deuota domum periuria portas?
Nulla'ne res potuit crudelis flectere mentis
Conſilium? tibi nulla fuit clementia prædo,
Immite vt noſtri vellet miſereſcere pectus.
At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi, non hos miſeram ſperare hymenæos:
Quæ cuncta aërii diſcerpunt irrita venti.
Fauſtus in iiij. Liuiæ:
Scilicet iſta fuit veterum natura virorum
Fallere fœmineum credula corda genus.

Le baiſa & accolla deux ou trois fois: pour obuier à plus grand meſchef: ou quil ne cheuſt en deſeſpoir. Et auec ce luy feit pluſieurs autres gratuités & menus plaiſirs, dont il ne fut encores pas contẽt: ains perſeuerãt de mal en pis voulut mettre la main aux tetins. Et à ceſte cauſe elle ſen courrouça. Et apres pour le eslongner, & pour luy monſtrer, quil neſtoit pas la ou il cuydoit: elle luy donna congé, à fin quil ny retournaſt plus. Mais ce nonobſtant encores fuſt il plus eſchauffé de y venir que deuant. Et Et apres aduint que vn iour ſur le iour arriua en la maiſon delle, court habillé & deſguyſé à tout vne gente daguette pẽdante à ſa ceincture, & apres quil euſt ſaluee, & bien longuemẽt quaqueté, il cõmença à dire ces motz: Ma dame, mauldicte ſoit lheure que ie fus onc nay, neantmoins ie neuſſe point tant

souffert de peine que fais pour vous. Et puis q̃ ainsi est, quil ne vous en chault, & que ny voulez remedier, iayme mieulx me tuer cy par deuãt vous, que plus languir. Et ie vous asseure ma foy que iamais ne partiray de ceans qui ne me portera les piedz de uãt. Car il me souffist, & sur vous en auray merite. Et sur ce poinct ledict amoureux print sa dague, & commence à soy deslasser, faignant de se frapper à la poictrine. A quoy la dessusdicte dame pour doubte desclãdre meit la main au deuãt du pourpoint, & du põmeau, & le tença tresbien luy demonstrãt quil seroit perdu, & homicide de soy mesme.

Testamentũ in se manus mittẽ tis an ualeat.

Amoris furor

Propter furorẽ quis ab homici dio excusatur.

Non legendus qui sibi mortẽ conſciuit ob cri men.

Mors uoluntaria detestanda.

SI quis enim manus in se non postulatus, nec in scelere deprehensus intulisset, verùm tædio vitæ, aut intemperantia dolo ris, luctus ue causa alicuius, vt Lucretia & Portia fecerunt: aut pu dore æris alieni, vel iactationis, vt quidam fecerũt Philosophi, aspirantes ad summum bonum, vti Empedocles, & Cleombrotus: vel furore amoris, quo nihil vehementius. §. nouimus. in authen. qui. mo. na. fil. col. vj. Cùm nec frater fratri parcat, cùm furor ille venit. Nec igneus ille furor nescit habere modum: vt ibi per Accur. nihilo secius testamentum illius valet, nec irritum est. Sed nec etiam ferui ex morte domini torquentur. & eo ordine quo cæteri succeditur, neq; fisco vendicãtur bona. l. fin. ff. de bo. eo. l. j. C. eo. l. in fraudẽ. ff. de iur. fis. l. si quis. ff. de pœ. l. omne. ff. de re mil. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. rup. l. j. §. si quis nõ. ff. ad Syll. l. ij. C. qui test. fa. pos. l. factũ. ff. de accu. Ac etiã propter furorẽ non modò ab homicidio quis excusatur. l. infans. ff. ad le. Cor. de sic. sed & à parricidio. l. pe. ff. ad l. Pomp. de par. Secus si nõ ob hæc. dd. ll. tametsi propositũ sit secutum nequaquã. dd. ll. omne. si quis in fraudẽ. Nec lugẽdus is qui sibi ob crimen mortẽ cõsciuit. l. nec liberorũ. §. Pomponius. ff. de his qui not. infa. Voluntariã verò mortẽ pluribus verbis diuus Aurelius Augustinus. lib. j. de ciuitate Dei detestatus est: quam quidẽ mortẽ immanitati, & informẽ laqueo nodũ probro Egyptius lib. iiij. c. ix. dedit. & idẽ lib. iij. c. xvij. naturæ validam legẽ esse velle viuere, nec mortem sibi asciscere. Nihil enim magis inimicũ quàm mors: vt qui vitã protexerit, patronus sit: qui mortem appetat, insidiator sit. Solius enim

enim hominis est vitæ insidiari, non etiã animalium agrestiũ & ferarum. Et Aristot. lib. iij. c. vij. Eth. non fortis esse hominis, sed timidi ob fugiẽdam paupertatẽ, vel amorẽ, atq; quid molestum, mortẽ sibi incutere. Et carnificis loco is habetur, qui sese vt moreretur, vulneraſſet, inquiẽte Festo. Est quippe turpe nefas, vt ait Calentius, propria decubuisse manu. Et ne sæpius hoc contingeret, diuina vtiliter dispẽsante prouidẽtia (scribẽte Homilia. fi. Io. Chrysostomo) effectũ, vti nemo sine dolore dissolueretur, alioquin verò in paruo etiã mœrore multi violẽtam mortem eligerent. Plures enim ne in manus hostium deuenirent, manus cruentas in se iniecerunt, aut vt id facerent aliis mandarunt: vt Cato, Annibal, Casius, Brutus, Nero, plures alii Romani, vt est videre apud Appianũ. Verùm quia superius de Cleombroto à me mentio facta est, pauca de eo dicam. Is fuit Ambraciota, qui cum Platonis Phædoni insudasset, se præcipitem dedit. in cuius mortem sequens Callimachi epigramma est: *Cleombrotus.*

Εἶπας ἥλιε χαῖρε Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης,
Ἦλα τ' ἀφ' ὑψηλῆ τείχεος ἐς ἄϊδα
Ἄξιον ὅτι παθῶν δεινάτατα μακὴν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἐτὸ περὶ ψυχῆς γράμματα λεξάμενος.

Latinitate donauit Pomp. Gauricus:

Vita vale, muro præceps delapsus ab alto,
Dixisti moriens Ambraciota puer.
Nullum in morte malum, docti sed scripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Macrob. li. j. Som. Scipionis dicit Platonẽ intelligi deberi, de ea morte, quæ cũ adhuc anima in corpore cõstituta sit, corporeas illecebras ipsa philosophia docẽte interimit. & cupiditatũ dulceis insidias, reliquasq; oẽs exuit passiones. Et in libr. ij. Hæc enim illius sunt præcepta doctrinæ, quæ illã dicit mortẽ philosophãtibus appetẽdam. Ex qua fit, vt adhuc in corpore positi, corpus vt alienã sarcinã (inquantũ patitur natura) despiciãt. De illo Lactãtius lib. ij. c. xviij. Diuinarũ Instit. & Augu. lib. j. c. xxij. de ciuitate Dei. Deq; illo intelligendum illud Ouidianum in Ibin:

Vt de præcipiti venias in Tartara saxo.
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Et ausi elle le reconforte le mieulx quelle peust, pour le destourner du malfaict quil vouloit faire. Mais au dernier rien ne valut, car il commença à

iurer & maulgreer, quil se tueroit illec en la place, sans plus attendre pas vne heure.

Periuria amantum.

FALLVNT sæpenumero puellas periuriis amasii, quæ Iupiter deridet, sicut in primo de Arte, Naso scribit:

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum:
Et iubet Aeolios irrita ferre Notos. Et lib. j. Elegiarum:
Nec si quem fallas, tu periurare timeto:
Commodat illusis numina surda Venus.
Catullus in Argonaut.
Tum iam nulla viro iuranti fœmina credat.
Nulla viri speret sermones esse fideles.
Qui dum aliquid cupiens, animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
Sed simul ac cupidæ mentis sanata libido est:
Dicta nihil metuêre, nihil periuria curant.
Tibullus in iiij.
Nec iurare time, Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.
Gratia magna Ioui vetuit pater ipse valere,
Iurasset cupidè quicquid ineptus amor.
Perq; suas impunè sæuit Dictynna sagittas:
Affirmes crines perq; Minerua suos. Idem lib. iij.
-Periuria ridet amantum
Iuppiter & ventos irrita ferre iubet.
Claudianus in nuptiis Honorii:
Et lasciua volant leuibus periuria ventis.

Et de faict ainsi quil faignoit de soy frapper, & mettre la dague dedans le corps, ceste poure dame toute seule esmeue & troublee, & non pas sans cause, & pour obuier à leffusion du sang. Et ausi que on eust peu dire, que seust esté elle mesme.

Lex præsumit.

SI SE interemisset, ab ea præsumeretur interfectus, cùm lex præsumat. l. si hi qui. C. ad leg. Iul. de adul. Bart. in l. ij. ff. de furt. Præsertim circa hæc quæ secretè fiunt. Idem in l. iij. §. sed si. ff. de re mil. Vbi etiam ante fores illius reperiretur exanimis, indicium foret, ab illa trucidatum. Bart. in l. fi. ff. de vi pub. Quòd si in domo propria, indicium euidens esset propter quod torquenda foret. Paul. in l. fin. C. de proba. Pan. in c. tertio. eo. tit. l. fin. in

qua

qua Bart.ff.de quæſt. Verum quòd non debeat torqueri, contrà eſt. Non enim indicium indubitatum, cùm non præſumatur mulier tantũ facinus aggredi. Pertimeſcunt etenim enſes fœminæ: nec ferre eas arma decens eſt. Pamphilus Saxus:

Fœminæ pertimeſcunt enſes.

Non decet armatam gladio ſpectare puellam,
Non decet imbelles haſta cruenta manus.
Non probo peltatas inter quæ tela cateruas,
Hectore ſub forti ſanguinolenta tulit.

Natura (Appiano lib. iiij. de Bellis ciuilibus autore) omnes homines ab his curis vacuos eſſe voluit. Diminuũt itaq; indicia bene actæ antea vitæ probatio. l. iij. §. Iulianus. ff. de lib. exhi. d. §. ſed ſi. vbi Bart. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. l. de minore. §. torméta. ff. de quæſt. Quintilianus lib. vij. c. de coniectura. Dignitas & tuetur reum, nonnunquam ipſa in argumentum facti conuertitur, tanquam fuerit ſpes impunitatis. & non longè pòſt: Probi verò mores, & antè actæ vitæ integritas nunquam non plurimùm profuerunt. Neq; quis torquendus ob indicium eſt: niſi vilis perſona ſit. Accur. in l. cum probatio. ff. de probat. Pro quo dicto vide Bart. in l. ij. col. ij. ff. de excu. tut. Et quamuis Bart. præſumat occiſum ab eo, ante cuius domum cadauer iacet. Illud ſanè intelligendũ erit, vbi is conſueuerit id facere. L. Romanus in l. j. §. hoc reſcriptum. ff. ad Syll. Nec eſt inſuper ſuſpicionibus quis iudicandus. Bart. in d. l. fin. Et vbi indicium foret, hoc per duos teſtes probandum eſſet. Accur. Bart. Paul. in l. fin. C. fam. herc. Nam & conſtitutione principali diui Ludouici cautum eſt: Ne quis pauper etiam, dum tamen probis moribus ſit, ob teſtem vnum torqueatur. Vnius verò teſtis dictum quando faciat indicium, Bart. in l. maritus. ff. de quæſt.

Indicia quæ diminuant.

Ob indicium an quis torquẽdus ſit.

Suſpicionibus quis non iudicandus.

Indicium quot teſtibus probandum erit.

Et quelle leuſt tué, qui euſt eſté grand eſclandre pour elle & les ſiens, à touſiours, fut contrainćte de luy ſouffrir accõplir ſa mauuaiſe volunté. Depuis laq̃lle fiction ainſi faicte, qui neſtoit que vne vraye trahiſon pour deceuoir ceſte poure femme, cõme il ha bien monſtré, & ſeſt ledict amoureux vãté, & ha dict en pluſieurs lieux, q̃l en auoit iouy par ſubtilz moyens: nonobſtãt que autres y auoyẽt bien failly: en deshonnorant ſans cauſe en maintes manieres.

ADVERSVS bonos mores eius mulieris conuitium factum

eſt,ob quod tenetur iniuria, cùm nec in cœtu, nec in vociferatione factum ſit.l.j.§.item apud.§.ex his.§.ait prætor. ff.de iniur.§.j.inſti.eo.Cõuitia enim puniuntur.l.aut facta.ff.de pœn. Et licet lata ſit iniuria in abſentem,poterit tamen iniuriarũ agere. Pan.in c.j.de mal. Diffamari enim ſtatum ingenuorum ſeu errore,ſeu malignitate quorundam, periniquum eſt.l.diffamari.C.de ing.ma. Legata etiam turpia,quæ magis notandi legatarii gratia ſcribuntur,non valent.l.turpia.ff.de lega.j.Et quod ad hæredis nomen contumeliæ cauſa ſolet addi,non valet inſtitutio.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hær.inſtit.Cicero pro M. Cælio,vbi accuſationẽ à maledictione ſeparat: Maledictio autem nihil habet propoſiti,præter contumeliam:quæ ſi petulantius iactatur,conuitium:ſi facetius,vrbanitas nominatur.

Conuitium punitur.
Diffamatio.
Maledictio.
Vrbanitas.
Conuitium.

Parquoy elle concluoit alencontre de luy, quil fuſt condãné à luy faire amẽde honorable,& proffitable. Honorable,ceſt à ſçauoir nue teſte, en chemiſe,tenãt vne torche ardante en ſa main, du poix de quatre liures de cire. Diſant,q̃ faulſemẽt & mauuaiſemẽt il la deceuë,trahye,& circumuenue. Si ſen repẽt,& luy en requiert mercy & pardon. Et pour amẽde proffitable,quil fuſt condẽné,enuers elle,en la ſomme de quatre mille liures Pariſis, ou autre telle ſomme,q̃ de raiſon deuroit. Et en ſes deſpens, dõmages,& intereſt. Et auſsi requeroit quil luy fuſt deffendu de parler à elle, en aucune maniere. Et au regard du procureur Damours,il cõcluoit,& req̃roit alencõtre dudict Amãt, que pour la raiſon du dict cas,ou il y auoit faulſeté & trahiſon, il fuſt puny de telle punition corporelle & publique,q̃ le cas le requeroit. Et ſil ne leſtoit,aumoins quil fuſt perpetuellement banny Damours.

Deportatio.

HABC pœna deportationi æquiparatur. Accur.in §.deportati.inſti.quib.mod.ius pat.(Hic non de bannitis factioſis Italiæ hominibus intelligo,qui plurimorũ ſentẽtia deportatis non æquiparantur: Verùm de his qui ob maleficiũ banniuntur.) Et depor

deportatio ignis & aquæ interdictionis loco est. l. j. §. hi. ff. de leg. iij. l. ij. ff. ad leg. Iul. pecul. l. ij. §. j. ff. de pœ. §. deportatio. in auten. de nup. col. iiij. Imperator tamen in l. j. C. de rep. & §. minor. instit. de cap. simul separatè posuit. Et id possunt Imperator & præfectus vrbis. d. §. hi. l. inter. ff. de int. & releg. & præfectus prætorio, vel is qui vice eius principis mandato cognoscit. d. §. hi. d. l. ij. §. j. Text. in l. j. §. relegati. ff. de offic. præfec. vrb. dicit Imperatorem præfecto vrbis insulam debere assignare. præses id non potest. d. l. ij. §. j. Potest tamen quem putat deportandum annotare: nomenq; eius principi scribere, ut in insulam deportet. l. si quis. §. eius. ff. de ini. rup. d. §. hi. l. diui. ff. de pœn. l. inter pœnas. ff. de inter. & releg. l. j. ff. quando appel. sit. Bartol. tamen in. l. relegatorum. ff. de int. dicit id posse, si insulam habeat. Quæ sententia mihi perquàm dura est, cùm nullibi probetur, & tot iurium capitibus auersetur.

Interdictio ignis & aquæ. Deportare quid possunt.

En le declarant inhabile destre en la compagnie des gẽs de bien, & des dames & damoiselles, cõme traistre & de mauuais affaire, que tous ses biẽs fussent declairez, cõfisquez, & appartenir à Amours. Et oultre quil fust trainé sus vne claye, & batu par les carrefours de syons & de verd osier, & de branche de groseliers, à fin que desormais tous autres y prinssent exemple. Auec autres conclusions plus ha plain declairez au proces. ¶ De la partie de cest amoureux deffendeur fut deffendu au contraire. Et disoit que voyrement il estoit vray, quil auoit esté bien fort feru de lamour dicelle demanderesse: & quil lauoit seruie moult longuemẽt, & faict enuers elle tous les deuoirs, quil est posible de faire à loyal seruiteur. Mais elle luy auoit vsé de bien rudes & estranges termes. Car combien quelle luy eust promis de cherement laymer, & entretenir en sa bonne grace: toutesfois bien souuent faisoit semblant de non le congnoistre: puis vne fois elle luy soubrioit, & lautre fois luy rechignoit.

QVAN

Dolor est amatori ubi illa amica irascitur.

QVANTVS verò dolor sit amatori, vbi amica illi irascitur, Plautus in Truculento docuit:

Si iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis periit amator, ab re, atque animo simul.

On nen tenoit compte. Et brief, le poure gallant le plus du temps ne sçauoit ou il estoit.

Amans nescit quid agat.

QVI enim amant, seipsos nesciunt: & quid agant ignorãt, amentibus non dissimiles, quod expressit Marullus:

Iactor, dispereo, crucior, trahor huc miser, atque huc.
Ipse ego iam quis sim, nescio: aut vbi sim.
Tot simul insidiis premor undique, proh dolor, in me
Sæuitiæ Cypris dat documenta suæ.
Seuitiæ documenta suæ dat: ego tamen vnam
Depereo, utq; nocet, sic libet vsq; sequi.
Qua si quis miserum solam me liberet horam:
Hic mihi sit Phœbo doctior & melior.

Et en eust bien voulu saillir, mais il ne pouuoit. Car quãd il sen vouloit oster, cestoit lors quil conuenoit plus fort à aymer que iamais.

Ab amore resilire difficile.

AB amore resilire quàm sit difficile, ex sequentibus patebit. Medea Ouidiana:

Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, herbæq;, artesq; relinquunt:
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.

Hercules Stroza:

Heu mihi nulla queunt sopire negotia flammas:
Quas tener accenso pectore nutrit Amor.
Atque vtinam tacitus non glisceret ossibus ignis:
Staret & in meta cura sepulta sua.
Nam velut oppositò magis æstuat obiice pontis,
Sic magis obducto vulnere sæuit Amor.

Amor nanque in tempore vires capit. Et pedetentim vt hedera murum, totum corpus amplexatur: ac sicut caprificus vbi diutius creuerit, solidum marmor amplectitur: ita consuetudo & mores omnẽ duritiam, & obstinationẽ amori contrariam fugãt auertuntq;. Non aliter quàm mollis & tenera planta, quæ ab initio antea quàm radices lõgiusculè egerit, facilè euelli potest: Postea verò impetu viq; ventorum resistit. Quamobrem primis amoris

motibus

motibus atque cogitationibus obuiandum erit, ne vbi longius præcordiis insederit, vanisq; somniis enutritus sit totum corpus depascatur: tunc verò vltrà voluntarius non erit. Apuleius lib. 8. Transmutationū. Quid ni? cū flamma sæui amoris parua quidē primo vapore delectet, sed fomēto cōsuetudinis exæstuans immodici ardoris totos cōburat homines. Seneca in Hyppolito:

Quisquis in primo obstitit
Repulitq; amorem tutus, ac victor fuit.
Qui blandiendo dulce nutrit malum:
Sero recusat ferre, quod subiit iugum.

Titus Stroza ad Ianum:

Forsitan huic poteras olim succurrere morbo:
Cùm primò illatum, nec graue vulnus erat.
Nunc serò medicina datur, nec inania posthac
Proderit amisso claudere septa grege.

Pacificus lib 1. Hecatelegiorum:

Sæpe malum primò quod non letale videtur,
Postmodo neglectum fata suprema dedit.
Sæpe fit è minima scintilla maximus ignis,
E' minima pontus sæpe creatur aqua.
Principio obstandum est, ne vis mala tempore crescat:
Sæpe aliquid poteras, quod mora posse negat.
Principiò medicina iuuat, nil sera iuuabit:
Stultum est in mediis te reparare malis.

P. Faustus in Liuia vnum caput ad hanc rem habet, ex quo hæc:

Vana igitur supereſt pellendi cura furoris:
Cùm bene radices egerit ille suas.

Vt quis ab amore liberetur.

Ferunt in Achaīa ciuitatem esse nomine Argyram, & fontem prope Selemnū flumen, in quem adolescēs à Venere quòd Argyræ nymphæ amore tabescerent, commutatus est. Ex cuius aqua si quis tam mas quàm fœmina ablutus fuerit, amore liberatur. Quæ si vera sunt, vt ait Pausanias: Τιμιώτερον χρημάτων πολλῶν ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ σελίμνου. Id est: Multis pecuniis pretiosior est hominibus aqua Selemni. Samiis, vt idem in vij. scribit, monumentum est Leontychæ & Rhadines, quibus supplicant, qui amore cruciantur, illud adeuntes. Strabo lib. 10. Geographiæ, dicit in Leucade Apollinis phanum esse, ibiq; fieri saltū qui ad sedandos amores credatur. Lucianus de Saltationibus autor est, saltationem ipsam aduersus amores plurimum prodesse, vt de quodam ingresso theatrū meminit. Refert Capitolinus

pitolinus in M. Antonio philosopho Faustinam huius vxorem, amore gladiatoris succensam: & ob id longa ægritudine laborasse, causamq; viro aperuisse, qui cùm ad Chaldæos retulisset, bonũ fuit consilium, vt interfecto gladiatore, illius sanguine amans leuaretur, & cum viro concumberet. Hæc eadem Suidas memoriæ dedit, & recentius Crinitus lib. 2. c. 1. de Honesta disciplina. Plinius lib. 28. tædiũ amoris hirci vrina admixto propter fastidium nardo fieri dicit. Et lib. 30. mitigare amoris ardores puluerem, in quo se mula volutauerit corpori insperſum. Et lib. 32. amorem finire rubetam adalligatam in pecoris recentis corio scribit. Dioscorides lib. 2. c. 187. hastulæ regiæ radicẽ potam veneris cupiditatem inhibere. Et lib. 2. c. 149. Semen nympheæ genitale infirmare. Quæ verò herbæ coitum vel augeant, vel diminuant, Theophrastus lib. 9. cap. 19. & sequenti, de Historia plantarum docet.

Ne dormoit point ne nuict ne iour.

Amasij non dormiunt.

APOLLONIVS autore Philostrato lib. 1. dicebat sæpius amantibus euenire vt à somno excitarentur.

Plautus in Mercatore:

Sum'ne ego miser, qui nusquam bene queo quiescere?
atteſtatur, ſecunda loqui, tertia tactus, quarta oſculari, quinta coitus. Et ad primùm, vt ex noſtris aliquid addam iuriſconſultiſsimis, poſſeſsio viſu acquiritur, maximè verò ſuaui, & vt Apuleii in ij. Tranſmut. verbis vtar, oculorum morſicantium, pætorumque, necnon etiam petulcorum amantium. l. j. §. ſi iuſſerint. in qua Barto. q. iiij. l. quod meo. §. ſi venditoreni. ff. de acquirē. poſſeſſ. Et per clauium etiam cubiculi traditionem, quàm ego præcipuam exiſtimauerim. d. l. j. §. ſi iuſſerim. l. clauibus. ff. de contrah. empt. l. qua ratione. §. ſi quis. ff. de acquir. rerum domi. l. ij. C. de peric. & comm. rei. Conuentionem tamen ad dominii tranſlationem anteiſſe neceſſum eſt: alioquin verò præſumeretur duntaxat cuſtodiæ cauſa traditas eſſe. l. cùm pater. §. pater pluribus. vbi Bartol. ff. de legat. ij. Vix autem mulierem claues tradidiſſe credendum erit, quin prius præceſſerit pactum. Nec ſola affectione, quam quis habet erga mulierem poſſeſsionem adipiſcitur, ſed & naturalis apprehenſio neceſſaria. Neq; enim animus ſolus, aut corpus per ſe ſufficiens eſt. l. poſſideri. l. quemadmodum. ff. de acquiren. poſſeſsio. l. licet. l. nemo. C. eod. niſi certis in ſpeciebus, per Accurſ. in l. iij. ff. de acquiren. poſſeſsio. connumeratis. Quælibet igitur formoſa mulier ab omnibus vtique viliſsimis, & dejectiſsimis poſſideretur, quòd quàm abſurdum, quàm inconcinne, ac aſperum, dein quàm crudele foret, nemo eſt qui ignoret. Hoc enim nobilis mulierum natura, decor, comitas, & pulchritudo mellitiqúe mores negligerentur, quòd ab omnibus poſſiderentur. l. ij. C. quando & quib. libro x. Nec etiam cuiuſlibet partis corporis tactus neceſſarius eſt, verùm membri tantum principalioris. d. l. poſſideri. Nihil propterea proprietas & poſſeſsio commune habent, cùm ſæpenumero vxor alicuius ab altero poſſideatur. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirē. poſſeſsio. Perdit frequenter vir coniugem, & vbi ſit ignorat, ergo non poſſidet. l. ſi id quod. ff. eodem. niſi eam ciuiliter vt ſeruum fugitiuum retinuerit. l. Pomponius. ff. eodem. Et ſi prioris amici amaſia ab alio detineatur, & ille vim maiorem ſibi fieri reformidans non intret, poſſidere deſinit. d. l. iij. §. ſi quis. l. ſi id. §. fina. ff. eodem. d. l. licet. Non videtur igitur poſſidere, qui nactus poſſeſsionem eam retinere non poteſt. l. non videtur. ff. eod. l. ſequitur. §. tunc. ff. de vſu. Si mulier tamen cuſtodiæ cauſa apud aliquem deponatur, non acquirit poſſeſsionem. Et quid ſi ſequeſtretur? l. intereſſe. ff. eod. Sicut nec ventris nomine in poſſeſsionem miſſus poſſidet. d. l. iij. §. quod autem.

Viſu acquiritur poſſeſsio & per clauium traditionem.

Proprietas & poſſeſsio nihil habet cōmune.

Non videtur poſſidere, qui nactus poſſeſsionem, eam retinere nō poteſt.

In poſſeſsionem ventris nomine

missus, non possidet. autem. iura ad hoc sunt infinita. Nec qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, possidere videtur, quia eo animo ingressus est, vt non possideat, licet corpore in fundo sit. l. qui iure. ff. eod. Verùm satis iocatus sum, illud postremum addendum est, infinitas possessionis esse species. d. §. si iusserim.

En possession & saisine pareillemẽt, quil ne doibt point allumer la torche deuant elle, dont on leue Dieu, aumoins ne doibt frapper du baston à terre deux ou trois fois, ny laisser cheoir le couuercle pour dire, Regarde moy. En possession & saisine, que ledict deffendeur ne peust, & ne doibt porter la paix: & ne la doibt point baiser apres elle.

Pacẽ deosculari post aliquem. PACEM deosculari post aliquem, signũ amicitiæ est, & econtrario, si id noluerit, inimicitiæ. Ber. & Panor. in c. cum super. de offic. deleg. Sin tamen pacem receperit, remissa non censetur iniuria, quàm cum eo qui prius deosculatus sit, habebat, cùm non potuerit honeste recusare. Ang. Aret. in §. fi. Insti. de iniur.

Mais doibt attendre que tous les autres layent eue & baisee deuant luy. Et nonobstãt ledict deffendeur lauoit troublee en sesdictes possessions & saisines. Parquoy auoit obtenu ladicte complaincte. Si concluoit pour pertinent en matiere de nouuelleté, & en cas de delay demandoit la recreance.

¶ De la partie dudict deffendeur au cõtraire estoit dict, que par long temps il fut nommé par luniuersité Damours, aux premiers benefices qui vacqueroyent, au diocese dont ceste dame cy estoit.

Nominatio. NOMINATIONIS hæc formula in Galliarum Academiis fit, iure & autoritate concilii Basilienſis. Nunc modo concordatorum, in Doctoribus, Licentiatis, Baccalauriis & artium magistris. De qua in §§. item quod. ita tamen. sequitur, ordinat. De coll. in P. Sancti. & toto illo titulo in Concordatis. Nonnulla etiam per constitutiones principales super ea cauentur, in qua din insistere cõsentaneum fore non tuli. Alia est nominatio, vbi quis ad aliquod officium eligẽdus est. Solét enim plures libellis,

aut

aut etiam edictis nominari, ex quibus vnus deligatur. l. nominationes. C. de decur. lib. x. ſicuti plures à S. Pontifice nominãtur, vt illorũ vnus ſeligatur, & eccleſiæ præficiatur. c. cõtra ſanctorũ. xvj. q. vlt. Nonnunquam verò nominatio pro electione vſurpatur. c. cum olim. de re iud. An autẽ ex hac nominatione ius in re, vel ſaltẽ ad rem competat? & an nominãtes poſsint variare? ample per Coſmam Guimerium in ſuis ad P. Sanct. cõmentariis. titu. de coll. §. volẽs. in verbo nominationes. ad quem te malo remittere, quàm hîc trãſcribere: per Anch. in c. nulli. de elec. in vj.

Per nominationem an acquiratur ius in re.

DIOCESE. Impetrans mentionem ſuæ diœceſis, atque originis facere debet. Ber. in c. ſi proponente. de reſc. in quo Panor. Intentionis verò S. Pontificis eſt vnumquenq; in ſua prouincia prouidere. c. bonæ. ij. de poſtu. præl. c. ad decorem. de inſt. c. fin. de cler. pere. c. epiſcopus. lxj. diſt. l. in eccleſiis. C. de epiſc. & cler. Quòd plurimum frugi eſſe, Panor. in d. c. ad decorẽ. arbitratur. Quinimò ſi origo omittatur, obreptitiæ erunt. Panor. in d. c. fin. Et prælatus de gremio eligi debet, tametſi collatio ad ſuperiorem deuoluatur. c. ne pro defectu. vbi Panor. de elect. c. nullus. lxj. diſt. Et de eodem monaſterio & habitu eligi debet Abbas. c. officii. de elect. arg. c. cùm monaſterium. in quo Panor. de elect. cle. j. de elect. Quòd etiam in monialibus eſt: vt ibi per Cardi. c. quàm ſit. xviij. qõ. ij. Et regularia non niſi regularibus, ſecularia ſecularibus beneficia conferri debent. c. poſſeſsiones. de rebus eccl. non ali. c. fin. de ſta. mon. in quibus Panor. c. inter quatuor. de relig. dom. c. cùm de beneficio. de præb. in vj. clem. j. de ſup. negl. prælat. c. presbyteros. vbi Ioan. xvj. q. j. c. quæ ſemel. xix. q. iij. Monachus albus non poteſt eligi in abbatem monachorum nigrorum. Zab. in clem. j. col. ij. de ſta. mona. Ac tutores: ii enim ex ea vrbe ex qua pupillus oriundus ſit, dandi ſunt. arg. l. diuus. ff. de tuto. dat. Sunt autem regionum varii & diuerſi mores, diſſimile idioma, quòd periculoſum in amore eſt, vbi interprete opus ſit: neceſſario itaque vt negotium minus ſecretius & occultius peragatur. Nam etiam idem & vnus ſermo, & cõſimiles mores plurimùm ad conciliandum amorem operantur. Et huiuſce rei locupletiſsimus autor eſt Cicero in j. Offic. Eſt eiuſdem gentis & nationis linguæ, qua maximè homines coniunguntur, interius etiam eſt eiuſdem eſſe ciuitatis. Eſtq; ea iucundiſsima amicitia quam ſimilitudo morum coniugauit. In eo. alibi. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum: in quibus eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates: in his ſit vt

Diœceſanus in diœceſanis beneficijs præferendus.

Prælatus quis eligendus.

Tutores quî dandi.

Similes mores conciliant amorem.

æquè quisque altero delectetur, ac seipso: efficiturq; id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat è pluribus. Cornelius Nepos in vita Pomponii Attici: Vt iudicari possit plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem. Qu. Curtius in septimo: Similitudo enim morum facit voluntatem, societatem, & cognata studia sibi nectit. Sidonius lib. iij. ad Anitum: Multum voluntates nostras copulauerunt decursarum forinsecus actionum similitudo. F. Philelphus ad Sicchum:

Nam similes mores animos moderantur amore.

Peregrini recipiuntur in amicos.

Dissimiles odium gignere Sicche solent.

Sed hæc adeò in amoribus vera non sunt, quin & peregrini recipiantur: verùm quàm infelici euętu, ex Ouidio in Heroidibus patet. Medea: Virginitas facta est peregrini præda latronis. Helena: Certus in hospitibus non est amor, errat vt ipsi. Cumque nihil speres firmius esse, fugit. Hysiphile testis, testis Mnoia virgo est: In non exhibitis vtraque iuncta toris.

Et que encores dabondant il auoit obtenu grace expectatiue pour accepter la premiere qui seroit sans amy.

Gratia.

GRATIA pro amicitia accipitur. Terentius in Hecyra. Neque alio modo componi potest inter eos gratia. Vt etiam ii qui ob alicuius amicitiam partes aliquas sequerentur, gratiam sequi dicebantur. Cæs. in j. belli Ciuilis: Lentulus consul senatui reiq; publ. se non defuturum pollicetur, si audacter, ac fortiter sententias dicere velint: sin Cæsarem respiciat, atque eius gratiam sequatur. Vnde nos in gratiam alicuius deuenisse dicimus. Nonnunquam etiam pro causa seu contemplatione accipitur. c. vnico. vbi Pan. de como. Sallustius: Rem omnem aperit, cuius gratia mittebatur. Teren. in Andr. Et ea me hîc retinisse gratia. vbi Donatus veteres dicit gratiam pro causa posuisse. Et alibi: Sed ea gratia simulauit. A. Agretius: Gratiam & bonæ & malæ rei causa. Nam sic dicimus amicitiarum, & beneficii gratia, ita vt Sallustius opprobrii gratia. Cicero: Et religioni & supplicii gratia colendam & fruendam tradiderat. Terentius: Qui referant sacrilego gratiam: hactenus ille. Quandoque pro dono spiritus sancti. j. quæstio. j. capi. gratia. Quicquid enim habent homines à Deo, gratia est. Accipitur & pro beneficio. Donatus in Eunucho: Gratia inire, est dare beneficium, ac per hoc alicuius inire gratiam, id est, amicitiam. Verùm quo ad materiam nostram,

noſtram, pro conceſsione alicuius beneficii, ſiue iuris ad obtinendum beneficium accipitur.c.gratia.de reſcrip.lib.vj.cle.gratiæ.eo. Dicitur enim S.pontifex gratiam facere concedẽdo beneficium, quod ſecus in ordinario, quo ad ipſum. c. relatum.de præben. Quæ dicitur expectatiua, vt in titu.de col.in P.Sanct. Et facilius tolluntur literæ in forma pauperũ vel iuſtitiæ, quàm gratiæ.c.ſi pauper.de præben.in vj. vbi Anch. Zab.in d.clem. gratiæ.& an impetrans in forma pauperum præferatur ſecundo impetranti in forma gratiæ? Zab.poſt gloſſ.in clemen.gratiæ. Honorabiliores inſuper ſunt cæteris literis, quòd ſericeo filo ſigillentur,cæteræ verò canabe. Zab.in d.cle. gratiæ. Et in cler. vnic. de conceſſ.præb. Sed in noſtra ſpecie ſigillantur viridi & croceo,qui colores lætitiam & fruitionem denotant,ſunt enim læti amantes ob fruitionẽ rei deſideratæ. Quid gratia? & quot? Zab.poſt commentatorem in cle.j.de mag. Panor.in d.c.vnic. Si autẽ in literis dicatur quod prouideatur idoneo, dicitur gratia,quæ fauorabilior eſt mandato, cùm de integra concedentis morte non extinguatur.c.ſi ſuper.de offic.deleg.in vj.Anchar. in c.is cui.de preben.in vj.ſi perſona non fuit expreſſa per text. illum etiam ſi cauſa propter quam emanauit expiret. Ancha.in c.ſi gratioſæ.de reſcrip.in vj.Si verò ad beneplacitum S.pontificis concedatur,eo mortuo extinguitur, quod aliàs eſt ſi ad ſedis apoſtolicæ voluntatem.d.c. ſi gratioſæ. Et quando expiret gratia per adeptionem alterius beneficii.Zabar.in d.clem.gratiæ.Fingunt mythologici Charites treis. De quibus plura infrà, quæ Latinè Gratiæ dicuntur, quas Seruius ex Venere & Libero ortas lib.j.Aeneid.dicit, eaſdemq; mortalibus largiri decorem, & Veneris pediſequas eſſe,quaſi Venus & pulchritudo gratiam porrigant, iuxta illud in v.Vergilianum:Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. Acontius Cydippæ Ouidianæ:

Tu facis hoc,oculiq; tui,quibus ignea cedunt
Sydera,qui flammæ cauſa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines,& eburnea ceruix:
Quæq;.precor veniant in mea colla,manus.
Et decor & vultus,ſine ruſticitate pudentes:
Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.

Croceus & viridis color.

Gratia quãdo extinguatur.

Mandatũ finitur morte mandatis nõ gratia.

Charites.

Et ſi auoit diſpenſe,den auoir deux,nonobſtant lincompatibilité.

Beneficia incompatibilia.

VBI prius quæ ſint beneficia incõpatibilia nouerimus, dehinc

hinc de diſpenſatione agendum. De primo Io. And. & Zab. in cle. gratiæ. de reſcrip. c. de multa. de præb. c. ordinarii. de offic. ord. in vj. Et id non ſolum in vna eccleſia, verùm in diuerſis. c. ad hæc. de præb. extrauag. execrabilis. Io. xxij. de præb. De archiepiſcopatu & epiſcopatu, in c. ſecundo. xxj. q. j. deciſum eſt. De abbatiis duabus, c. vnum. ead. c. & q. De binis archidiaconatibus in variis eccleſiis. c. præterea. de præb. Plures itẽ perſonatus. c. dudũ. ij. de elect. d. c. de multa. & d. extrauag. execrabilis. Plura etiã officia c. ſingula. lxxxix. d. extrauag. execrabilis. Abſurdum itaq; eſt, vt promiſcuis artibus rerum perturbentur officia. l. conſulta. C. de teſt. Præbendæ inſuper duæ. c. quia in tantum. de præb. præſertim in vna eccleſia etiam ſi S. pontificis ad dignitatem & præbendam gratia emanarit, vt ſi prius aſſecutus præbendam fuerit, dignitatem dehinc, cui annexa ſit præbenda, conſequatur: vacet prima præbenda. cle. fi. de præb. Cùm nihilominus illud vnum & idem beneficiũ debeat cenſeri. Imò poſſit dignitatem, cui cura annexa eſt, tenere. Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. ſecus in curatis eſt, etiam ſine diſpenſatione. c. ſuper eo. de præben. in vj. vbi Ancha. Panor. in c. literas. de conceſſ. præb. Rationem vide per Io. And. & Zab. in d. cle. fin. De dignitatibus & præpoſitura, vel de præbendis & præpoſitura expreſſum eſt in c. cùm iandudum. de præben d. c. literas. De præb. verò & canonicatibus. c. ſanctorum. lxx. diſt. De dignitatibus aut perſonatibus cum cura. d. c. ordinarii. Eccleſiæ plures. c. quia in tantum. c. cùm nõ ignores. de præb. d. c. ſanctorũ. c. j. xxj. q. j. c. ſicut. xxj. q. ij. Prioratus plures. c. cum ſingula. de præben. in vj. Eccleſiæ parrœciales. d. c. dudum. c. iij. de cle. non reſ. d. c. de multa. d. c ordinarii. d. extrauagan. execrabilis. c. is cui. de præb. in vj. c. cum ſingula. c. non poteſt. de præb. in vj. c. ſi quis. xxj. q. ij. De archidiaconatu & beneficio habẽte animarum curam annexam. d. c. dudum. vbi Panor. col. iij. Poterit quis tamen plures eccleſias tenere, ſi vna ab altera dependeat, vel vnam in commendam, & alteram in titulum habeat. d. c. dudum. vbi Panor. c. eam te. de æta. & qual. c. fi. xxj. q. j. Non poteſt tamen eccleſia parrœcialis commendari, niſi in ætate legitima conſtituto, & in ſacerdotio. c. nemo. de elect. in vj. Beneficia etiam ſimplicia ſi vel ſtatuto, vel conſuetudine reſidentiam requirant, incompatibilia ſunt. Io. And. & Zab. in d. cle. gratiæ. Panor. in c. iiij. de cle. non reſid. idem in c. cùm iandudum. de præben. etiam ſi ex teſtatoris inſtitutione reſidentiam requirant. Zab. in d. cle. gratiæ.

Plura officia incompatibilia.

Vbi poteſt quis plures eccleſias tenere.

gratiæ. Quæ verò vitia incurrat, tenens plura beneficia, vide per Panor. in d. c. dudum. Et causas propter quas prohibeatur beneficiorum pluralitas, per eundem in dicto c. iij. in cc. quia in tantum. ad hæc. de præb. Ac veluti iure pontificio pluralitas horum prohibita est, sic & Cæsareo officiorũ pluralitas vetita. Memorabilibus enim duplici fungi officio non decet. l. hac parte. C. de proxi. sacr. scri. Et non licet vnicuique nisi vnum collegium habere. l. j. ff. de coll. ill. Quonam pacto hoc intelligatur, vide Bart. in l. fi. eo. tit. Neque honores in duabus ciuitatibus gerendi sunt. l. libertus. §. præscripto. ff. ad munic. Nec qui aduocatus est alicuius magistratus, eiusdem consiliarius esse non potest, sicut nec aduocatus & assessor, nec duobus magistratibus assidere. l. fin. C. de assess. Sed nec in eadem causa, & iudex & aduocatus. l. prætor. ff. de iur. om. iudic. l. quisquis. C. de post. Consiliarii etiam non possunt in adiutorio tractare negotia cùm assessores sunt. l. penult. ff. de off. assess. Nec cohartalis ad aliam militiam, vel dignitatem aspirare potest. d. l. cohartalis. Nec curialis ad militiam armatam. d. l. iij. Tabularii itaque & scribæ aliquam militiam, aut aliud officium habere non possunt. l. j. C. de tabu. Duos magistratus simul quenquam non posse capere, ex cõtentione C. Valerii Flaminis Dialis, & Q. Fuluii Flacci Aedilis curulis designati, Liuius lib. xxxix. ostendit. Qui enim vtrunque festinat, neutrum bene peragit. l. fi. C. de assess. Satis superq; satis incongruum, si cum vnum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrunq; videatur idoneus. c. presbyteros. xvj. q. j. Consequens nunc est, vt de dispensatione ex promisso tractemus. Cuius potestas erga episcopos varia ex variis scribentium opinionibus fuit, potest autẽ in pluribus dispensare. d. c. sanctorum. vbi Io. & in hoc inhæret, vt episcopi potestas in hoc minimè imminuta sit, quin circa dignitates, officia, & curas dispensare possit. Et in c. si quis translatus. xxj. q. ij. solum episcopis indiscretã prohibitam esse. Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præben. quæ, vt inquit Ber. in d. c. de multa. causam dedit edicto, ne episcopi in dignitatibus & curatis beneficiis dispẽsent Quid si indiscreta? cessante igitur causa prohibitionis cessabit & ipsa prohibitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. c. cùm cessante. de appell. Sed & propter vtilitatem & necessitatem circa ea episcopis non est adempta. Zenzelinus in d. extrauag. execrabilis. Panor. in d. c. de multa. cuius sententiæ Abbatem, Hostien. & Anton. dicit; quam multum sibi placere dicit.

Officia plura incõpatibilia.

Dispensatio.

dicit. & idem in §. qui verò. Si enim à S. Pontifice dispensatus sine causa, immunis apud Maximum Iouem, qui omnia, qui discretam atque indiscretam nouit, non est. Quare episcopus vtilitate & necessitate suadente non dispensabit? quinetiam & eius dispensatio vtilior, & discretior præsumenda, quàm ea quæ à S. Pontifice progressa sit, qui sæpe falsis rationibus decipitur. c. super literis. de rescript. vtpote qui nec personam, nec beneficium nouerit. non enim præsumitur scire naturam beneficii: nec etiam legatus sicut episcopus facit. Cardin. in clem. j. coll. ij. j. de elect. cùm & sine causa non sit dispẽsatio, sed animarum discerptio atque dissipatio & dilaniatio. Io in c. rigor. j. q. vij. Panor. in c. cùm in cunctis, de elect. & in c. iij. col. ij. de translat. ep. tex. etiam in d. c. de multa S. Pontifici reseruat dispensationẽ in maioribus beneficiis ob prærogatiuam personarum, quæ episcopo est adempta. Zen. in d. extrauag. execrabilis. Panor. in d. §. qui verò. d. c. sanctorum. Erit ergo in reliquis incorreptum. l. præcipimus. C. de appel. Vt qui de vno neget, de alio permittat. l. cum ita. ff. de cond. & demonstr. c. non ne. de præs. Sed nunc ad specialia descendamus. Io. And. in c. j. de consil. in vj. dicit inferiorem à S. P. vt quis habeat vnum personatum, vel officium cum canonicatu & præbenda dispensare posse. Et idem in c. literas. de conces. præb. ait in eadem ecclesia ob difformitatem, in diuersis verò in conformibus id posse. Panor. in d. c. qui verò, si quodlibet per se non sufficiat, & idem in c. cum iandudum. de preben. Non tamen dispensat vt quis sit canonicus & præbendarius in diuersis ecclesiis. Dispensat episcopus in dignitate & cura, si cura, vel dignitas ab alia dependeat. Anch. in c. j. de conces. præbend. in vj. Idem arbitratur in eo qui. xx. annum peregerit, vt obtineat archidiaconatum, cui curæ duæ annexæ sunt, si consuetudine excommunicandi interdicendi potestatem non habeat. Anch. in c. super eo. de præben. in vj. In simplicibus episcopum dispensare posse in dubium non reuocat, etiam in eadem ecclesia cum causa: vt per Ber. in d. c. de multa. Panor. in d. c. literas. vel in simplici cùm curato in diuersis ecclesiis. idem in d. c. literas. Anch. in d. c. j. de consuetud. Panor. in d. §. qui verò. Quòd si sunt in diuersis diœcesibus, debent vtrique episcopi interuenire. Panor. in d. c. de multa. Nam Io. in d. c. si quis translatus. dicebat S Pontificem solum posse in beneficiis diuersarum diœcesum dispẽsare. Verum quòd episcopus vrbis Romæ in dignitatibus, vel administrationibus, siue etiã beneficiis, vel eorũ

altero

altero cum aliquo, vel præbenda dispenset.d.c.j.de consuet.de duabus curis.d.c.ordinarii.dd. cc. non potest.cùm singula. De pluribus prioratibus expressum est in d.c.cùm singula. Panor.in d.§.qui verò.quam sententiam dicit seruare curiam Romanam post Host. Pan.in c.de multa.& hoc vt extrahat pecunias subtili modo à barbaris. Concedit etiam episcopus licentiã se absentandi à beneficio cum causa. Pan.in c.pen.de cle.non resi. Hæc de dispẽsatione quo ad episcopos & archiepiscopos. De dispensatione S. Põtificis & eius potestate, superuacaneũ est disputare. Ea enim ingens & nondũ definita: nullis enim legibus, nullis sacris canonibus vincitur: illi via lata est, nescio quò ducat, propter quam etiã prædecessorũ refringat sacras iussiones, & patrũ consilia, in ea liberalitatẽ exercẽs plus ponderis auri recipiẽs, quàm plumbi porrigat. De qua sic lusit Cordus lib.iij.epigrãmatum:

Quòd tua Romulidæ bullas diplomata dicit:
Insipiens adeò non mihi vulgus erit.
Nam videt vt verè sint, & sine pondere bullæ:
Nil graue quod plumbum, pictaq; cera premit.
Nos tamen hæc multo quasi magna rependimus auro:
Tam stupidus quondam, non puto, Glaucus erat.
Vtpote mutatis aliquid qui ceperit armis:
Hæc præter nugas nil glabra pellis habet.

Quòd tamẽ ad nostram materiam attinet, non poterit quis, aut saltem difficile erit, duabus inseruire amasiis. c.j.xxj.q.j. Difficile enim est, vt vnus duorum vicẽ sustineat. l.si plures. ff. de pact. Quando tamen id possit, Accursius in l. si plures. C. eod. Io. in c.singula. lxxxix. distinct. Nec duas militias quis habere, aut dignitatem cum militia. l.his quidem. C. qui mil. non possi. l. æternam. C. de muri leg. Est etenim amor militia. Militat in teneris annis amor hospes amœnus. Acc. in §. j. Inst. de succes. sub. Ber. in c. cum in iuuentute. de præscr. Ouidius in secundo de Arte: Et vires operamq; affecte puellis: Hæc quoq; militia est. Eiusdem autoris tota est elegia ad Atticum, in j. Elegia. Non enim minori vigilantia & cura pertractatur, quàm militia, nec minus cum animæ periculo, quàm ipsa militia.

Difficile est, ut qs duabus amasijs inseruiat.
Difficile est, ut unus duorũ uicem sustineat.
Amor militia est.

Et disoit auecques ce quil auoit faict ses diligences par deuers la dame dont il estoit question pour estre pourueu de sa grace, & dedans les nuictz & les iours qui y sont ordonnes.

SOLET

SOLET vt sæpius in his gratiosis literis tempus adiici, infra quòd à notitia vacationis in loco, vel ecclesia beneficii publica infra mẽsem acceptare debeat, vltra quem expirat gratia. clem. vni. de concess. præb. c. si clericus. c. tibi qui. de præb. in vj. Debet enim esse diligens vt conditio extet, antequàm vacet beneficiũ: quia si non extaret ordinarius, aut alius executor, conferre posset, si non sit decretum irritans. d. clem. An autem verificata conditione teneat collatio? Pan. in c. fina. de præsump. col. fin. Hæc est ea diligẽtia quam quis debet præstare. Imputet quidem sibi, si hoc casu, quo de temporis commodo agitur, id per se aut per alium scire potuerit, ignorauerit. d. cle. vni. Lapsus enim termini habetur pro recusante. l. quandiu. ff. de acquir. hære. Anch. in c. si tibi. de præb. in vj. Executoris verò potestas iuncta acceptationi post illud tempus non durabit. arg. c. de causis. de offic. deleg. Mandatũ etenim est ad vnguem seruandum. l. diligenter. ff. mand. c. cui de non. de præb. in vj. Iura insuper vigilantibus scripta sunt. l. summa. ff. de pecul. l. in compensatione. ff. de compẽ. l. debitor. ff. de sepul. ll. idem sciendum. ait prætor. §. si debitorem, pupillus. ff. quæ in fraud. cred. Estque præterea aliqua inter desides & vigilantes differentia. l. iij. C. de ann. excep. Nec alterius aut negligẽtia, aut cupiditas huic qui diligens est debet nocere. l. si non. §. j. ff. de bon. aut. iudi. poss. Priuat enim quem negligentia notabilis iure prioritatis, vt secundus primo potior sit. Ber. in cc. fin. si soli. de concess. præb. Ancha. in d c. tibi qui. Imò etiam secundus cum clausula anteferri ob negligentiam repellitur. Anch. in c. penul. de præb. Qui etiam ex cõsuetudine possunt præbendas vacantes intra tempus certum acceptare, post illud id non possunt. c. si. de concess. præb. in vj. Et impetranti curit mensis non habitis literis si sciuit: secus si ignorauerit vacare. Zab. in d. clem. in fi. Rescripto itidem ad lites post annum quis non vtitur. cc. si autem. plerunq;. de rescr. Et hæc negligentia ex nimia stultitia venit. c. si homo. xxvij. q. j. Et arbitrabitur vir bonus quando præsumptum fuerit ipsum scuisse beneficium vacare. De tempore autem acceptationis decisum est per clem. illam vni. vbi Zab. Anch. in c. si clericus. de præb. in vj. Pan. in c. capitulum. de rescrip. Sed an tempore lapso re integra possit impetrans acceptare beneficium vacans? Io. Andr. & Zab. in d. clem. dicunt id posse. Quòd autem ob gratiam eius datum sit, in damnum eius redundare non debeat. c. quod ob. de reg. iur. in vj. arg. d. c. si tibi. Si tamen clausula reseruationis & executoris potestas

Diligentia.

Mandatum ad unguem obseruandum.

Vigilãtibus iura scripta sunt.

Tempore lapso re integra an possit impetrãs acceptare beneficium.

testas iungantur vacaturo beneficio, quod impetrãs acceptabit infra mẽsem, non poterit postmodum acceptare: vti ibi per Ioã. and. & Zabarel. c. si clericus. de præbend. in vj. Sicuti si arbiter solui iusserit infra certum tempus, committitur pœna, etiam si paratus sit soluere. l. si cùm dies. §. fina. l. Celsus. ff. de recep. arb. Et pœna apposita, vt quid intra tempus certum fiat, si non sit factum, committitur etiam non monito. l. magnam. C. de contr. & com. stip. l. ij. de iure emphyt. c. potuit. vbi Panor. de loc. Seruus itaq; libertate donatus si infra tempus rationes reddiderit, sin intra tempus eas non dispunxerit, liber non erit. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. Hoc modo quibus ex edicto bonorum possessio competit, si quis eorum in diebus statis nõ admiserit: tum cæteris competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. l. j. §. quibus. ff. de succes. edict. Si tamen Sum. Pont. contulit canonicatum, durat executoris potestas post mensem: vt per Anchar. & Io. and. in d. c. si nullus. ibi, expectet cum decreto quod alteri, &c. & Zab. arg. c. si postquàm. c. si soli. de concess. præb. in vj. Panor. in d. c. capitulũ. & in c. dilectus. ij. in c. inter cætera. de præbend. Et quid si canonici alicui contulerint canonicatum, an valeat illorum collatio præbendæ postea vacãtis, alteri? Sed si negligens sit in petendo præbendam, an habeat locum in canonicatu? Anch. in d. c. si clericus. dicit quod sic, si mandatum habeat decretum, & secundus illum petat. Sin verò decretum non sit, tunc non præiudicat, quia non est negligens. Si autem de canonicatu & præbenda mandetur, quia non potest habere præbendam sine canonicatu: negligẽs in canonicatu, negligens est & in præbenda, & in vtroq; sibi præiudicat. j. q. j. sicut quidem. si enim in canonicatu diligens, in præbenda verò piger, obtinebit. d. c. si clericus. Et adeptus canonicatum & præbendam & expectet dignitatem cui annexa est præbenda, si infra tempus non acceptat præbendam, habet locum. d. c. si clericus. Et an poterit dignitatem sine præbenda vacantem acceptare? Zab. in d. cle. id posse ait per cle. fi. de præbend. Sed quid si ante negligentiam primi collatio est facta secundo, & sic non valet, & subsecuta eius negligentia an conualescat collatio? & quid si adeptus canonicatum, expectet præbendam primam, quam non potest petere propter negligentiam? an si iterum vacet, possit illi conferri? Anchar. in dicto c. si clericus. & illa clemen. vni. habet locum in gratia, quæ motu proprio emanauit. Zabarel. in dicta clemen. in fi.

Disoit oultre, que apres ce quil trouua ladicte dame vacquant damy.

CONSVEVIT apponi in his gratiæ literis, si quod vacat, vel vacabit. Io.and.in cle.vni.de concess.præb. Quòd si tantum apponeretur, quod vacabit, credo sufficere vt extendatur ad beneficium iam vacantem. argu.verbi erit, & oportebit, quod & præsens & futurum tempus signat, sicut, est, & oportet.l.verbũ erit.l.verbum oportebit.ff.de verb.signifi.& etiam præteritum. d.l.verbum erit.ver.quemadmodum.arg.c.quia circa.de priui. Beneficium verò principis, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretandum est.l.fi.ff.de const.prin.c.cùm dilecti.de don.& ibi Panor.col.ij.c.olim.de ver.signi.in quo idem Panor.coll.ij.c.quamuis.vbi Anchar.in prin.de pact.in vj.quod in odiosis non est.d.c.quamuis.Io.an. in c.ordinarij.de offi.ord.in vj.

Est.
Oportet.
Erit.
Oportebit.
Beneficiũ principis largè interpretandum.

Et quelle luy eut faict vne gracieuse chere, et tres gracieusement accueilly, il accepta lamour delle.

ACCEPTARE autẽ absq; executoris præsentia quis valet. Io.and.in cle.vnica.de concess.præb.in verb.executorẽ.in qua Zab.idem bis in c.j.eod.in vj.in verb.acceptaret.in quo Anch. Quin & acceptatio in absentia executoris ordinarij manus ligat, te alterius executoris: quando decretum appositũ est, & terminus, & purificata conditio. Et acceptatio in absentia executoris debet per ipsum intimari. Anch.in d.c.j.in fi.Zab.in d.cle. dicit acceptationem ante purificationẽ conditionis valere, non etiam collationem. An autem c.ne captãdæ. sibi locum vsurpet in forma literarum gratiæ? cle.vnic.de concess.præb. per Ioan. and.in d.cle.in verbo notitiam.& ibi Zab.

Acceptare.
Acceptare absq; executoris præsentia an quis possit.

Et feit pourueoir, par lexecuteur, de ladicte grace expectatiue.

IN gratijs ad beneficia executores vt plurimùm dantur. Iura sunt infinita, quorum varij sunt: alij enim prouisores, alteri compulsores, tertij mixti. Prouisorum rursus variæ formulæ sunt, vt ex literis dignoscitur. Anch.in c.tibi qui.de præb.in vj.& in c.si soli.de concess.præb.eo.lib. Et debent esse certi.c.tibi.cùm etiã sint delegati. Io.and.in d.c.tibi qui.& in c.si super.de offi.dele. eod.lib. Panor.in c.si quis contra.col.ij.de foro comp. Qui delegati certi esse debent. c.ad hæc.de rescript. Imò & delegatus largè

Executor.
Delegatus certus esse debet.

largè dicitur executor.l.apertissimi.l.fin.C.de iud.c.sciscitatus. in quo Panor.de resc.d.c.si quis cõtra.vbi Ber.& Panor.igitur ordinario maior.c.sanè.ij.de offi.deleg. Et executores isti insinuare ordinario,& interdicere ne alteri conferant,cum interpositione decreti debent.Nam per hæc afficiuntur beneficia.c.j.c. si soli.de concess.præb.in vj.Ber.in c.abbatem.vbi Panor.de rescrip.Et acceptare primam vacãtem,cùm aliâs manus ordinari) ligatæ non sint.Anch.in dd.cc.j.tibi qui.Non potest tamẽ executor generatim(ni expressè concedatur)inhibere.Reseruationem tamen & inhibitionẽ de primo,aut altero siue tertio (si ex diplomate indulgeatur)beneficio inibi vacaturo facere poterit. Et quod contrà attentatũ erit,in vanum erit.c.executor.de concess.præb.in vj. Quando autẽ beneficium per gratiã afficiatur, vide Io.and.& Anc.in d.c.si soli.De prouisorio verò executore Anch.in c.si capitulo.de concess.præb.in vj. Et an delegatus ad prouidendum, possit sibi ipsi prouisiones reseruare? Panor.in c. pro illorũ.de præb.Anch.in d.c.si soli. Et vtrum per clausulam moneas attẽtius & inducas,possit executor compellere ordinarium?Anch.in c.si pauper.de præben.in vj.vbi dicit id posse.Et an is possit præfigere terminũ capitulo,vltra quem possit prouidere?vide eũdem in d.c.si capitulo. Vtrum etiam executores ad beneficia possint assumere partes iudicis?Io.and.in cle.j.de offi.deleg.vbi Zabar.& hîc in cle.j.col.iij.de rescript.in cle.vna. coll.iij.de cõcess.præbẽ.Pan.in c.fi.de præsump.col.iiij.de executoribus enim ad cõpellendũ in d.c.si soli.qui interdicere possunt.Io.and.in d.c.si soli.in verbo interdixerit. vbi Anch.quãuis Ber.in c.fi.de præb.vbi Pan.contrariũ tenuerit.Executor ad prouidendũ si per inquisitionẽ eos esse vitæ laudabilis, & honestæ cõuersationis subdelegare poterit.cle.j.de offi.deleg.vbi Zabar.Quod distingue per c.is cui.eo.ti.lib.vj.etiã si apponantur verba (super quo tuam conscientiam oneramus) Zabar.in cle.vna.de concess.præben.Executoris potestas re integra mortuo S.Pontifice non extinguitur.c.si super.de offi.deleg.in vj.Anchar.in c.si gratiosæ.collat.iiij.in fi.de rescrip.Bartol.Pau.in.l. fundi.ff.de acquiren.poss.

Executor prouisorius.

Executoris potestas re integra mortuo S.P. an extinguatur.

Et ny eut refus ne contredict de Danger, ny de Malebouche:& des lors en fut mis en possession & saisine. Et à ce tiltre auoit droict,& estoit en bonne possession & saisine de se porter & dire seruiteur

& amy delle.

Amantes serui.

AMANTES enim sunt serui. Propertius in ij. de amoris seruitute:

Libertas quoniam nulli iam restat amanti:
Nullus liber erit, si quis amare volet.

Seneca Tragicus:

Me vel sororem Hippolyte vel famulam voca,
Famulamq; potius, omne seruitium feram.

Hippolytum Phædra alloquitur.

Baptista Mantuanus Eglo. j.

Quisquis amat, seruit: sequitur captiuus amantem:
Fert domita ceruice iugum, fert verbera tergo
Dulcia, fert stimulos, trahit & bouis instar aratrum.

Et auoit la moytié des ioyes que amoureux cuident auoir, quand ilz rencontrent bonne dame.

Defrui.

DEFRVI antiqui dicebãt, autore Põpeio, pro deamare, significantes omnẽ fructum percipere.

Possidere dicitur cũ effectu.

Possidere etiã dicitur cum effectu. Non enim vacat curatum beneficiũ altero adepto, cuius pacificam possessionẽ non habuerit, nec per eum stetit quominus nactus sit. arg. c. licet. vbi Anch. de præb. in vj. Nec vtiq; per adeptionẽ secundi beneficij curati, cuius alter fructus percipit, vacat primum. c. si tibi concesso. eod. ti. & lib. in quo idẽ autor. Nec etiam beneficio curato priuatur quis, si infra annũ promotus non sit, si possessionem pacificam neq; nactus, neq; per eum stetit, quin adipisceretur. c. commissa. de elect. eod. lib. vbi Anchar. Etenim non potest intelligi possidere tametsi eam corpore teneat ex lite in iudicium deducta, si super iure possessionis vacillet, & dubitet. l. nemo. C. de acqui. pos. Debet insuper possessio, sicuti in d. c. si tibi. Anch. ait, fertilis esse, nõ sterilis. Vt fructus possessor apprehendat.

Habere.
Peruenire.
Capere.

Habere præterea sicut peruenire cũ effectu accipiendum est. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verb. signi. Et capere etiam cum effectu accipitur. l. aliud. ff. eo. Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere. l. non videtur quisquã. ff. de reg. iur. Nihil esse possessionẽ absq; vsu, Aesopus fabula designauit, qua finxit auarũ omneis fortunas vendidisse, ac auream glebam conflasse, subq; terram defodisse, quam cùm amisisset, & fleret, id quispiam sciens, lapidem illi obtulit, vti hunc subfoderet, talẽ scilicet vsum sibi præstaturum, qualem præberet aurum quo ad nullam rem vtebatur.

En pos

En poſſeſsion & ſaiſine, que ledict demãdeur ſa partie aduerſe,ne la peult ne doit appeller ſa dame, ou maiſtreſſe,ne ſen dire ſeruiteur.En poſſeſsion et ſaiſine,quil ne doit ſe accoincter,ne parler à elle,pareillemẽt laccompaigner en voyage,ny autre part, aumoins ne la doit tenir par deſſoubs le bras. En poſſeſsion & ſaiſine, q̃ ſi elle veult aller en pelerinage,il ne la doit point mener derriere luy,ne luy ayder à ſecourre ſa robbe.En poſſeſsiõ & ſaiſine,quil ne luy doit point allumer ſa chandelle au moutier, ny faire le petit genouil deuãt elle.En poſſeſsion & ſaiſine q̃ ſi ſur le chemin ſon fouet, ou auſsi ſa verge,cheoit à terre,il ne la doit point releuer ny bailler.En poſſeſsion & ſaiſine,q̃l ne doit porter la botte fauue pour lamour delle,ny la ſolcie ſur ſon chappeau.En poſſeſsion & ſaiſine,quil ne peult pareillement fermer ſadicte botte fauue deſguillettes verdes,ne ſon chappeau de cordon,ny houppe de cheueux. En poſſeſsion & ſaiſine, q̃l ne doit point aux harnois de ſes cheuaulx porter la liuree delle, ny auoir plus dune robbe neufue la ſepmaine.En poſſeſsion & ſaiſine, que ſes cheueulx ne doiuẽt venir iuſques ſur les yeux,ne quil doit auoir à ſon bõnet rubẽs de ſoye verde. En ſaiſine & poſſeſsiõ, quil ne doit point dancer aux nopces,ny autre part auec ſa dicte dame,ne la prẽdre au chappellet.En poſſeſsiõ & ſaiſine,quil ne doit ſeruir à table ou elle ſe ſied.

SEDERE in menſa cum amaſia dat aditum.
Ouidius in 3. de Arte:
Dant etiam poſitis aditum conuiuia menſis:
Eſt aliquid præter vina quod inde petis.

Ne luy bailler carreaux.

QVOD vtile multis fuit ad ineundum primò amores. Ouidius eodem loco:

Parua leues capiunt animos, fuit vtile multis
Puluinum facili compoſuiſſe manu.

Ou tronchet, ou paſſet à mettre ſoubs les piedz.

HIS etenim initiatur ſæpenumero amor. Idem eodē loco:

Profuit & tenues ventos mouiſſe flabello:
Et caua ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem.

Et propoſoit poſſeſſoire tout pertinent. En requerant, en ce cas de delay la recreance. Et pour reſpōdre au faict de ladicte partie aduerſe, diſoit quil ne pouuoit auoir aucun droict en ceſte matiere. Car ſon don, ou tiltre eſtoit obtenu long temps apres celuy du deffendeur, & ſi nauoit nommé grandeur ny qualité en Amours.

Qualitates beneficiandorum.

SVNT autem plures qualitates quæ in beneficiandis requiruntur: ſcientia, mores, ordo, ætas, & quòd legitimè natus ſit. cc. cùm in cunctis. in quo Pan. dudum. ſ. de elect. licet canon. cùm ex eo. eod. titu. in vj. indecorum. eam te. de æta. & quali. clem. j. eod. titu. ad hæc. de fil. presby. iij. lxxxviij. diſtin. §. clericos. in authen. de ſanct. epiſ. colla. ix. Ioā. Andr. Anch. in c. ſi pro clericis. de præb. in vj. Quas verò diœceſani in promouendis vigilanter obſeruare debent. d. cle. j. De ſcientia verò & moribus ſuperuacaneum differere eſt. Nam & ſi his omnino careant, nulli præterea reiiciuntur: quin & indoctiores, & incontinentiores maiora plura'ue obtineant beneficia atque officia, in quos Paſquillus ſaxeus, vt retulit Andr. Alciatus hæc:

Tandem maximè Pontifex galerum
Paſquillo hoc tribuas tuo roganti.
Si ſenſu ſine ſum, rude atque marmor:
Complures quoque epiſcopos creari
Ipſo me mage ſaxeos videmus.

Scientia.

Præſumunt enim S. Pont. & epiſcopi omnes idoneos. c. fin. de præſ. c. j. de ſcrut. Sin tamen ſcire deſideres, quæ ſcientia requiratur, vide Pan. in d. c. cùm in cunctis. col. ij. de moribus totis titu.

Ordo.

de vita & hon. cler. de ordine. In minoribus exiſtens poteſt conſequi dignitatem ſeu curam, dum tamen ætatis ſit ſacerdotalis, ad quod ſacerdotium infra annum poſt adeptam pacificam poſ-

ſeſsio

sessionem debet promoueri.c.ij.de constit.in vj.vbi Anch.cc.licet canon.commissa. eo.l.si pro clericis.licet.de præben.eo.lib. cle.vt hi qui.de æta.& quali.arg.c.ei qui.de præb.lib.vj.Pan.in d.c.cùm in cunctis.§.inferiora.col.iiij. & in d.c.dudum. Anc.in d.c.licet.& in cle.j.§.cæterum.de sta.mo. Et an priuatus sit ipso iure,vide Ioan.And.in magno scholio in d.c.licet canon.Defectus enim ordinum gratiam nullam ad beneficia curata reddit. Ancha.in c.si eo tempore.de rescrip.in vj.c.præterea. de æta.& qual.dicit tamen præficiendum ad curam debere esse subdiaconum. Eligendus autem in episcopum debet esse subdiaconus.c. à multis.de ætate.c.fin.lx.distin. Impetrator gratiæ de clericatu mentionem facere debet.c.cùm à Deo.de rescri.vbi Panor.quia inefficax foret rescriptum, si laicum se tacuerit. Pan.in c.ex literis.de rescri.cùm debeat esse tonsoratus.d.c.ex literis. Et quid si se gerat pro clerico, cùm tamen non sit, an valeant literæ,si id asserat ? Pan.in d.c.cùm à Deo. dicit non valere. quòd contrarium sentire videtur Ber.in c.ij.de inst.vbi Pan. Quæ verò ætas requiratur,Zab.in cle.fin.coll.ij.de æta. Pan.in d.c.præterea.& in c.super inordinata.de præb.in episcopo autem ætas antiquitus erat xxxv.annorum. §.hoc quoq;.in auth.de sanct.epis.col. ix. hodie verò tantum est xxx.annorum. c.cùm in cunctis.cùm de nobis.de elect.Pan.in dd.cc.præterea.super inordinata. Abbatis verò est xxv.an. Pan.in d.c.cùm in cũctis. coll.iiij.& dd. cc.præterea.super inordinata.& quòd fuerit ordinem regularem expresse professus.c.nullus.de elec.in vj.vbi Ioan.And.in verbo expresse.c.cùm in magistrum.de elec.vbi Pan.Nec valet cõsuetudo in contrarium.c.cùm causam quæ.de electio.Imò facta de non professo est hodie ipso iure nulla. Pan.in d.c.cùm causam. c.cùm ad nostram.& seq.de elec. Nec prioratus,nec administratio committi potest,non nisi professo. cle.j.§.sanè.ij.de sta.mo. Pan.in c.cùm monasterium.de elec.Abbatisse verò & priorissæ ætas est xxx.ann.completorum,& quòd sit ex legitimo matrimonio procreata.c.indemnitatibus.de elec.in vj.vbi Io.And.& Anc.Pan.in d.c.super inordinata.Prioris verò conuctualis xxv. & si nõ sit sacerdos infra annũ debet fieri professus. cle.j.§.cæterum.de sta.mo.Pan.vbi suprà.In monacho requiritur ætas xiiij. an.Pan.in d.c.sup inordinata. In curatis & cæteris dignitatibus ætas est xxv.an.d.§.inferiora.Pan.in cc.supradictis.Primicerius autẽ & cãtor quo ordine,& qua ætate esse debeãt,consuetudini standũ est.Io.in c.j.lx.dist.Pan.in d.§.inferiora.& in d.c.dudũ.

Ætas.

Nec minor xiiij.annis personatum administrare potest.cc.ex ratione.indecorum.de æta.Canonicus ecclesiæ cathedralis requirit xiiij. Pan.in dd.cc.præterea. & super inordinata. Beneficia verò simplicia non requirunt sacrum ordinem,si tamen iure municipali,aut consuetudine habent administrationem,requiritur tempus xiiij. Pan. in dd.cc.præterea, &c. Non est præterea capax beneficii puer. c.j.in q.j. Beneficium tamen habens septem annos obtinere potest.Pan.in d.c.super inordinata. Et postulatus ad cathedralem debet attigisse xxviij.annum: & qui contra scienter postulauerint,eligendi,postulandiq́ue potestate priuati sunt,ac beneficiis quæ in ipsa ecclesia possident triennio suspensi,extr.dispendiis. Ioan.xxij.de post. in communibus. Et vtrum in beneficiis sufficiat annum attigisse?Zab.in cle.fin col.iiij.de æta.Anch.in d.c.licet canon.in præbendis verò inspicitur tempus datæ. d.c ei qui. & impetrator debet esse idoneus tempore impetrationis, nec sufficit quòd postea euenerint qualitates. cnō firmatur.vbi Dynus.de reg.iur.in vj. Pan.in d.c.dudum.col. iiij.c.si eo tempore.de rescr.in vj.arg.§.inferiora.Io.And.in c.si pro clericis.de præb.in vj.Anch.in d.c.licet canon. Et an expectans præbendam sacerdotalem,non tamen est in ea ætate quæ sacerdotio requiritur an debeatur illi, cùm ætas superuenerit? Io.And.in d.c.ei cui. Aetas subdiaconatus est xviij. diaconatus verò,ac presbyteratus xxv.cle.fi.de æta.Requiritur etiam in his legitimitas.dd.cc.cùm in cūctis.nisi cùm pridē.§ personæ.de renun. Et vtrū legitimatus per sequēs matrimoniū possit esse episcopus?Pan.remissiuè in d.c.cùm in cunctis. Sunt insuper plures aliæ res quæ impediunt quem promoueri. de quibus in c.qui in aliquo.lj.dist. Qualitates autē in amore nullæ sunt. Nulla primo ætas.Ouid.in j.de Arte: Aetas mollis,sed apta regi.Et in eod.

In amore nullæ qualitates.

Seu te forte iuuat sera & sapientior ætas:
Hoc quoque crede mihi crebrius agmen erit.
Propertius in ij.

Cùm sene non puduit talem dormire puellam:
Et canæ toties oscula ferre comæ. De Aurora quæ adamauit Tironum loquitur. Paulus Silentiarius:

Ὁπρίμ ἀμαλθάκῃσιν ἐνὶ φρεσὶν ἥλικι ἐμ ἥβῃ
Οἰσοφόρε παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος
γυιοβόροις βιδίοισιν ἀνίβας ὁ πρὶν ὀρώτων
Ἀυχένασει λιλίνῳ νύπερ μέσαι πόλις
Δίξομι λαγχαλόωσα, σοφὸν ὅτι παλλάδα νικᾶς

Mία

Μία πόλις, ἡ τὸ πάρος μήλα ἐφ' ἑσπερίδων.

Latinè sic Ottomarus Luscinius reddidit:

Qui potui iuuenis sapienter temnere leges,
Quondam prædulceis ô Venus alma tuas.
Spicula carniuorum vitare edoctus amorum:
En mea colla senex sub iuga mitto tua.
Victa iacet Pallas, magis hæc cape læta trophæa,
Aurea quàm pastor cùm tibi mala dedit. Pontanus:
Quid rides matrona senem? quid temnis amantem?
Quisquis amat, nulla est conditione senex.
Quisquis amat, iuuenem par est matrona vocare:
At qui nullus amat, iure sit ille senex.
Tempus habet metas, & constat tempus ab annis:
Et peragunt annos sydera cuncta suos.
Solus amor nescit tempus, nec subiacet annis:
Æuo sed fruitur, perpetuusq; manet.
Quid mihi nunc annos obiectas, quid'ue senectam?
Nullus amor fines terminat ipse suos.
Deformitas insuper, nec corporis neglectus cultus nihil obsunt.

Sappho Ouidiana sic fatur:

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo:
Andromade patriæ fusca colore suæ. Idem in ij. de Arte:
Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses:
Et tamen æquoreas torsit amore deas. In primo:
Forma viros neglecta decet, Minoida Theseus
Abstulit, & nulla tempora iunctus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene cultus, amauit:
Cura deæ syluis aptus Adonis erat.

Propertius in secundo:

Vidistis pleno teneram candore puellam,
Vidistis fusco, dulcis vterq; color:
Vidistis quandam Argiua prodire figura,
Vidistis nostras, vtraque forma rapit.
Illaque plebeio vel sic sandicis amictu:
Hæc atque illa mali vulneris vna via est.

Plato Archænassam meretricem Colophoniam rugosam deamauit, de qua hæc proferebat,

Ἀρχαίναδαν ἔχω τλῶ ἐν λοιοφῶν ἐταίρην
ἧς ἀπὸ φυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως. id est, Archænassam Colophoniam habeo meretricé, cuius in rugis amarus ineſt amor.

Illius epigramma hoc modo transtulit Politianus Angelus.
Archænassa mihi meretrix Colophonia nunc est:
Cuius & in rugis insidet acer amor.
Ah miseri à prima tetigit quos illa iuuenta
Igne suo medii vos rapuere rogi.

Nulli deformes amores. Inter vulgarium ora prouerbium est, nullos deformes esse amores. Nam vt ait Fab. lib. vj. cap. de diuisione affectuum. Amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor. Estque Platonis sententia ὁ τύφλοντῆ γὰρ τὰ φίλω πρὸς τὸ φιλὸμ μόνον. id est, occæcatur amans circa rem amatam. Nam vt ait Io. Chrysost. hom. in dominicam xviij. post Pentecostem: Perfectus amor verum iudicium non cognoscit, sicut nec perfectum odium, vt etiam docuit Theocritus Eglo. vj.

-Ἡ γὰρ ἔρως ἐστὶ,
πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

Hæc & alia demonstrauit Ouid. libro ij. Elegia. eleg. iiij. cuius hæc sunt:

Candida me capiet, capiet me flaua puella,
Est etiam in fusco grata colore Venus.
Seu pendent niuea pulli ceruice capilli,
Leda fuit nigra conspicienda coma.
Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis.
Omnibus historiis se meus aptat amor.
Me noua sollicitat, me tangit serior ætas.
Hæc mollior specie, moribus illa placet.
Denique quas tota quisquam probat vrbe puellas,
Noster in has omneis ambitiosus amor.

Ains auoit seulement seduicte celle dame par persuasion.

Persuadere. PERSVADERE autem est plus quàm compelli, & cogi sibi parêre, sed persuadet Græcè λαῖπαπάθη. etiam bonum consilium quis dando potest persuadere & malum. l. j. §. qui bona. ff. de seruo corr. l. si quis seruum. ff. de iniur. Quid si serua fuisset, & sollicitauerit illam vt amaret, illo edicto teneretur? d. §. ver. sed vtrum. l. nunquam. ff. de priua. delic. l. sed est quæstionis. ff. de iniur. Quid suadere & persuadere, Budæus in d. l. j.

Et belle parole.

Appellare. ISTVD est appellare, quòd est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat.

tentat. Non tamen omnis qui appellat, edicto de iniuriis conuenitur. Neque enim si quis colludendi, si quis officii honestate faciendi gratia id fecit, statim in edictum incidit, sed qui contra bonos mores id facit. l. item. §. appellare. ff. de iniu. Quintil. in iij. cùm de narratione tractat exemplificans: Vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus & locum, eadem contrà filius detulit, de nouerca. Seneca lib. ij. Declamationum: Ter illam appellauit de stupro adiectis preciis. & pro eadem significatione attentare. l. attentari. ff. de iniur. Quanam enim pœna teneatur qui attentauerit aſsistriam, aut diaconissam, aut monastriam, in §. si quis rapuerit. in aut. de sanct. epis. col. ix. videndum erit. *Attentare.*

Tellement quelle sestoit condescẽdue a' laymer, & lauoit en garde.

ERGO depositum, quòd ad custodiendum ei data esset. l. j. ff. eod. Solent enim mulieres ob amorem seruæ deponi, vt plurimùm inter scholares. l. quæ depositis. §. si quis. l. ea. l. si seruus communis. §. idq; ff. de furt. Non possunt tamẽ depositarii harum vti opera, ni conuentum sit. d. §. si quis. §. si conueniat. ead. l. c. contractus. de reg. iur. in vj. ni spõte præstent. Paul. in d. §. si quis. Quibus interim præstare debeat cibaria. d. §. si quis. quod ministerio eius vtatur. l. item si. §. fi. ff. de æd. edict. l. si id. §. j. l. si vir. §. fi. ff. de don. inter vir. & vxo. l. sicut impendia. ff. de vsufruc. argu. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. Ad quæ non tenetur, nisi vsum habeat. Bartol. in d. §. possunt. Sunt enim modica impendia cibaria. illo. §. possunt. Verùm sufficienter autem alere, & vestire debet, secundum ordinem, & dignitatem. l. sed si quid. §. sufficienter. ff. de vsufr. quia id consueuerunt mulieres, propter quod etiam nonnullæ fornicantur. Non enim fabis & caseo, vt rusticus, vesci consueuerunt. Si tamen necessarias impenderit, vt puta in valetudine, aut in ea requirenda, atque reducenda si quando aufugerit, errauerit q;, quod plerunque contingit repetet. arg. d. §. possunt. & l. si necessarias. ff. de pignor. act. Paul. in d. §. si quis. Præcauere etiam non segniter depositarius debebit, ne deposita deteriorẽtur morbis, præsertim cancris, carcinomatibus, apostematibus, & omnium periculosissimo Neapolitano, cùm quod si in omni animantium genere sontici sint, maximè in muliere: alioquin depositi & legis aquiliæ tenebitur. d. l. in rebus. Idq; attentius in deponente obseruandum *Depositum.* *Depositarius rei depositæ opera non utitur.* *Depositarius seruo quas expensis præstare debeat.*

uandum erit, ne vitiosam deponat, & huiusmodi morbis labefactatam, cùm id facilè depositarius possit ignorare. Latent enim hi nonnunquam morbi, quia ex hoc teneretur.d. l. si seruus.§.idq;. Rei verò depositæ & proprietas, & possessio penes deponentem remanet. l. licet. ff. depo. neque interdictum vti possidetis,intentare poterit.

Rei depositæ proprietas & possessio penes deponẽtem remanent.

Qui estoit mal faict à luy, veu quil sçauoit bien quil lauoit parauant acceptee à dame, & en estoit pourueu. Disoit oultre plus que son don ne pouuoit rien valoir : car le bien nestoit point vacquãt, au tẽps quil laccoincta:& nestoit quevne entreprin se faicte, pour luy cuider faire bailler le bon de sa dame : & par mauuais rapportz ou lon ne deuoit point adiouster foy. ¶ A quoy ledict amoureux demãdeur pour ses repliques disoit que en matiere damours na point de priorité ne de posteriorité.

Qui prior tempore, potior in iure.

ET SI qui tempore prior, in iure potior sit.l.si fundum.l. generaliter.l.diuersis.C. qui pot.in pign. hab.c. cùm autem.de iur.patron. & intra duumuirales antiquissimus quisque prior cæteris præferri debeat.l.j.ff.de al.scrib. Et prius ordinatus cæteris maior sit.c.j.de maio.& obed.c.fi.lxxv.distinct.& posteriores episcopi prioribus non debeãt præponi. c. episcoporum. lxxiiij.dist. In amore tamen nec prioritas quidem,nec posteriorias locum habent,vt frequentius qui vltimo venerit,feruentius explosis veteribus ametur, quod forsan mulieris conditionem pinguiorem fecerit.l.in naue.in fine.ff.loc. Si enim in aliquibus speciebus gratificationi locus sit, maximè in amore,id est,argu. l.si quis seruum.§.si inter duos.& sequen.ff.de leg.ij. Est etiam in amore personarum acceptio. Ber. in d. cùm autẽ. Vt si omnibus opem ferre non possit, vni tantum auxilietur.l.iij. §. si cùm omnis.ff.ad Syll. quibus etiam exactis reconciliatur primus.

In amore posteritas & prioritas locum non habent.

La raison est bonne, car lamour & le bien vient des dames,& est en leur faculté de le donner & tollir toutes & quantesfois quil leur plaist, & à qui bon leur semble.

Amor precarium.

EST enim amor precarium, quòd petentis precibus vtendus

dus concedatur, quòd dissoluitur, quando illi qui concesserit, libuerit. l. j. ff. de prec. Est nanque natura æquum, tandiu te liberalitate mea vti, quandiu ego velim, vt possim reuocare cùm mutauero voluntatem. l. ij. l. & habet. ff. eo. c. fin. eo. c. fi. eod. vt etiam conuentio vti ad certum tempus amet, quin possit antea reuocari, non valet. l. cum precario. ff. eod. Pan. in d. c. fi. at consuetudo in contrarium uon valeret: quia cõtra amoris naturam. Ioan. Andr. in. c. ij. de constit. in vj. Nec enim rem alienam inuito domino possidere possum. d. c. fi. Iniustæ insuper conuentiones honestæ non sunt. Pan. in d. c. fi. alioquin amor non esset vltroneus, sed coactus, quod quàm absurdum esset, & periniquum, quum solis animis amor consistat. l. iij. ff. de dona. inter vir. & vxo. Nec contra erit hoc verbum donare, quia si propriè donatio esset, nõ posset repeti. l. j. ff. de dona. Est itaq; precariũ quoddã donationis genus, cùm ex liberalitate proficiscatur. d. l. j. ff. de prec. Sunt etenim nonnunquã interpretanda verba iuxta rei de qua agitur naturã. Pan. in c. cõstitutus. col. pen. de rel. do.

Verba interpretanda iuxta naturã rei de qua agitur.

Et ainsi doncques quil falloit quelles fussent contraínctes à aymer touſiours vn quelles auoyent au commencement ſans le changer.

NEMO enim eam sibi potest legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat. l. si quis in princ. ff. de leg. iij. Et suæ quidem quisq; rei moderator atq; arbiter est. l. in re mandata. C. mand. l. etiam. §. licet. ff. sol. mat. l. sed si lege. §. cõstituit. l. si quid possessor. l. sicut autẽ. ff. de peti hære. l. legis. ff. ad le. aquil. c. de his de sepul. Iustum verò est sua cuiq; cõmittere. l. nemo. C. de iud.

Legem nemo sibi imponit.

Quilibet moderator rei suæ.

Ou prendre deuers elle qui ſont dames & vſant de franche liberté ſeroyent ſubiectes de ſoubmettre leurs cœurs aux voluntez des hõmes, ſans le pouuoir oſter. Parquoy deuiendroyent ſerues, & priuees de frãchiſe & domination, qui eſt le plus beau priuilege quelles ayent.

LIBERTAS inæstimabilis res est. l. libertas. ff. de regu. iur. §. pen. instit. quib. ex cau. maio. Infinita est æstimatio libertatis, & necessitudinis. l. non est. ff. eod. l. procurator. §. fin. ff. rem rahab. Nec liberum corpus æstimationẽ recipit. l. ex hac ff. si qua. paup. l. j. §. sed cum. l. fi. ff. de his qui deiec. l. ij. §. cùm in eadem. ff. ad

Libertas.

Liberũ corpus æstimationẽ nõ recipit.

ff.ad leg.Rho.de iact.l.liber homo.j.ff.de verb.obl.Et libertas omnibus rebus fauorabilior est.l.libertas.ff.de reg.iu.nec ignotum quòd multa contra iuris rigorem pro libertate sunt constituta.l.generaliter.§.si quis seruo.ff. de fid.lib.& libertatis datio grande beneficiũ est.l.j.ff.de bo.lib.Est præterea libertas actus pius.l.j.§.fin autem.C.de communi ser.ma. & dicitur quædam dignitas.Pan.in c.j.de ser.non ord.& quid spirituale.Ber.in c. nullus eo.& in c.ij.de appel.At contrà seruitus morti ferè cõparatur.l.cùm hic status.§.si donator.ff.de don.inter vir.& vxo.l. intercidit.ff.de cõdi.& demon.l.seruitute.ff.de reg.iur.§.si verò decretũ.in aut.de ser.non ord.Paulus ad Corinthios vij.monet nos liberos fieri si possimus. Quãta sit libertas,ex iurisconsultis patet:nũc verò nõnulla ex poëtis,oratoribus,historicis,ac philosophicis,in medium afferamus:cum qua paululum immorari non pigebit,cùm etiam illius neminẽ tædeat.Homerus torrens ingeniorũ lib.xvij. Odysseæ dimidium ingenii deum huic abstulisse qui in miserã serui fortunam venerit:& apud Homerũ Mantuanũ Andromache lib.iij. Aeneid.paucis seruitiũ ostẽdit põderosum:Stirpis Achilleæ,fastus iuuenemq; superbũ Seruitio enixe tulimus.Euripides in Hecuba seruitutẽ miserrimam dicit, quæ plurima præter æquũ fert.Plautus plurimus in hac re est. Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.

Seruitus morti comparatur.

Habendũ,& ferendũ hoc opus est cum labore. -In Captiuis:

Omnes profectò liberi lubentius
Sumus,quàm seruimus. Et ibi.
Quid tu,seruos'ne an liber mauelis?memora.mihi
Proximum quod sit bono,quodq; à malo longissimè,
Id volo,quanquam non multũ fuit molesta seruitus. Peripleʃomenus in Milite glorioso lepidius liberum esse, quàm procreare liberos. Hercle verò liberum hominem esse id multò est lepidius. Nam Pleusides antè dixerat lepidum esse creare liberos. Syra interrogata ab hera quid tantum oneris ferret, Respondit, Annos octoginta & quatuor. Et eodem accedit seruitus. Magistræ apud Ouidiũ lib.viij. Met.ne serua fieret,quod pater Erysichthon eam ob famem venũdare vellet,Neptunum, à quo fuerat rapta, exorat, ne id patiatur eiusq; misertus in piscem vertit. Seneca in Throade:Durum,inuisum,graue est seruitia ferre. Titus Stroza:

O nimium felix generoso pectore digna
Libertas cunctis anteferenda bonis. Nunc è penu Ciceroniana,

roniana, quæ ad rem refertissima est. In primo de Oratore: Libertatis iudicio nullum esse grauius posse ait. In oratione ij. De lege agraria contra Rullum: Quid tam populare, quàm libertas, quam non solum ab hominibus, uerum etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Et ad Atticum libro xv. De libertate retinenda, qua certè nihil est dulcius. Sallustius in Catilina: Sed libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Lepidius in oratione ad Quirites, quæ ex C. Crispi historiis supereſt: Nam quid à Pyrrho, Annibale, Philippoq; & Antiocho defensum est aliud quàm libertas? C. Cæsar lib. iiij. commentario. belli Gallici: Omneis homineis natura libertati studere, & conditionem seruitutis odisse. Q. Curtius in vj. pretium liberis seruitutis ingratũ esse dicit. Buris & Spartis Lacædemones spõte ad Xerxem profecti ad supplicium scilicet, quòd eius caduceatores interemissent, hortatiq; eum sunt pro Spartanis, vti eos, quo modo vellet, cruciaret, miratusq; Xerxes illorum fortitudinem, eos absoluit, rogauitq;, vt apud eum manerent, & etiam Indarnus eius præfectus, eisdemq; honores pollicebatur, quos amicis impartiebatur. Cui Lacædemonii: Nobis ignorare videris, quantum sit libertatis bonum, quam nemo compos mentis cum Persarũ regno commutauerit. hæc Herodotus. Virginius filiam Virginiam interemit, quòd contra ius in seruitutem addiceretur, stupraretur q;. de quo l. ij. §. initium. de ori. iur. & Liuius lib. iij. & vt idem in xxviij. autor est, Aſtapani maluerũt suos filios occidere, seq; in igne conijcere, quàm in seruitutem hostium Romanorum deuenire. Molestissimum enim est seruire, vt dicit Iosephus libro ij. c. xvj. belli Iudaici. Diodorus lib. iij. legẽ apud Indos fuisse commemorat, qua cauebatur neminem seruum esse. Seruitutem autem hi boni autores maximum malum docuerunt. Plato de Repub. seruitutẽ magis quàm mortem timendam fore scribit. de qua Cicero, Philippica ij. Seruitus postremum malorum omnium non modò bello. sed morte etiam repellẽdum. Et in iij. Cùm autem est omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico effœminato, nunquã in metu quidẽ sobrio. Et alibi: Nihil fœdius seruitute. Et in x. Omnis est misera seruitus. Liberum & libertatẽ antiqui læberum & læbertatẽ, vt Põpeius ait, dicebãt. Libertatis templũ Romæ in Auẽtino structum fuit. Libertas, vt commune omnium dictũ est, non bene pro toto venditur auro.

Seruitus.

Liber.

Libertas.

Et auſsi tout le plaiſir ſeroit dehors, ne nauroyẽt

plus

plus damour de luy. Car par ce moyen, il leur fauldroit admettre ce quelles deuroient hayr. Et ny auroit iamais nul ieune amant pourueu, ne aduancé, pour seruice qui peust faire, par ce que les premiers voudroyēt touſiours gouuerner. ¶ Surquoy ledict deffendeur diſoit au cōtraire, que lon ne doibt point ainſi deſpoincter vn loyal amant, qui ha bien ſeruy, ſans cauſe ne matiere: & ſans ce que ſa dame leuſt trouué en faulte ou preſēt meffaict. Ains fault quil ſoit ouy premieremēt, & quil y ait declaration ſur la priuation, ou autremēt iamais il nauroit bien ne ſeruice remuneré. Car il aduiendroit tous les iours que ieunes amoureux pour eſtre auancez, & entrer en la grace des dames qui croyent moult de legier tout ce quon leur rapporte.

Mulieres credulæ.

SVNT enim mulieres credulæ. Stroza pater:
Quanta puellari leuitas in pectore regnet,
Quām citò conſuerint credere falſa mones.

Et leur louange foulleroyent & ſuppediteroient les autres par blandiſſemens & belles bourdes: ou par mauuaiſes paroles, quilz apporteroyent de leurs perſonnes pour deuenir maiſtres, & leur oſter leurs lieux. Et ainſi tous amoureux qui auroyent doncques faict leur deuoirs le temps precedēt pour bien ſeruir auroyent des maulx. Et les ieunes pour mal faire & mal rapporter, ſeroyent honnorez & bien venus ou na apparence. Et ſur ce furēt les parties appointees. ¶ Et depuis ledict Conſeruateur par ſa ſentēce dict, & declaira, que en tant que touchoit le principal, parties eſtoyent contraires & feroyent leur enqueſte: & icelle faicte & rapportee par deuers luy il leur feroit droict. Et au regard de la

de la recreance des poſſeſsions & choſes contentieuſes.

RECREDENTIA vindicia eſt, vel ſi mauis vindiciæ pluratiuè Latinius dicentur à Vindicio Vitelliorum ſeruo, in cuius perſonã Brutus Romę primus ſecundũ libertatẽ vindicias dicit, id eſt, vt in poſſeſsione ſuæ libertatis ſit, donec aliter pronũcietur. De qua voce & hiſtoria & Virginij .l.ij.§.initiũ.ff.de orig. iur. Aſconius in Oratione pro Cornel. Plutarchus in Publicola. De Vindicio Liuius lib.ij. De Virgi. lib.iij. Dionyſ. Halicarnaſſeus lib.x). Sunt tamen qui à vindicando vindicias putent dici, quod vocabulũ, pro vindicias dari accipitur. Liuius: Vindicatur Virginia propinquis ſpondentibus. Vindiciæ appellãtur res eæ de quibus controuerſia eſt, de quibus Cincius ſic ait: Vindiciæ olim dicebantur quæ ex fundo ſumptæ in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius vindiciam eſſe ait, ab eo quod vindicatur res ex controuerſia. Hæc ad verbũ F. Põpeius, & ſequẽtia. Aſconius in iij. in Verrẽ: Lis vindiciarũ eſt cùm litigatur de ea re apud prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideo qui eam tenet, ſatisfacit pro præde litis vindiciarũ aduerſario ſuo qui illi ſatisfaciat nihil deterius in poſſeſsione facturum, de qua iurgium eſſet. Prædes ergo dicuntur ſatisfactores locupletes, pro re de qua apud iudicem lis eſt, ne interea qui tenet diffidens cauſæ poſſeſsionem deteriorem faciat, tecta diſsipet, excidat arbores, & culta deſerat, & bona ipſius prædis ob ipſam fideiuſsionem obnoxia non vno nomine bona prædia dicuntur. Aliqua per Ludouicũ Cælium lib.ix.c.liij. inuoluit tamen magis quàm explicet, omnia affectatè exponẽs, Græca Latinis commiſcens, doctè magis & eloquenter, Budæus in d.l.ij.

Vindicia.

Præs.

Bona prædia.

Il adiugea audict demãdeur le requerãt pour en iouyr, regir, & gouuerner, ſoubz la main damour, pendant le proces: & iuſques à ce que autremẽt en fuſt ordonné. De laq̃lle ſentence, ce dict deffendeur en ha appellé en la court de ceans, ou ledict proces ha eſté receu pour iuger. ¶ Si ha la court veu ce q̃ faiſoit à veoir en ceſte matiere: & tout veu, ladicte court dit, que entant que ledict Conſeruateur adiugea la recreance audict demãdeur, il iugea mal. Au

surplus,en amendant le iugemẽt,la court adiuge la dicte recreãce,& iouyssance, des possessions & choses contentieuses,audict deffendeur.

Qui obtinere debet in interdicto uti posse.

QVI antiquiorem possessionem probat, in hoc interdicto obtinet. Barto. in l.ij.ff.vti possid.& in l.vni.C.eod. Erat verò rei precaria possessio, quæ frequentior in amore est, quæ alioquin iuncta est. l.communi.§.inter.ff.communi diuid. præsertim in virginibus: aut violenta quæ solet esse sæpe in meretricibus, & prostitutis: siue clandestina, quæ in vxoribus est: quæ verò possessiones in amore validæ sunt, Terentius in Eunucho:

Hanc tu mihi vel vi,vel clàm,vel precario
Fac tradas:mea nihil refert,dum potiar modo.

Calentius:

Quando ego vel dominus,vel vi possessor habebo,
Tam bene compositi corporis imperium.

Debet enim qui in hoc obtinere desiderat possessionem & tẽpore turbationis,aut etiã litis contestatæ probare.§.quorum. Instit.de inter. Is etiã obtinet,qui titulũ probat. Bart.in d.l.vni. Sin autem vnus ciuiliter,alter naturaliter probent,ob quod hoc cõpetit. Accur.in d.l.fi.ff.eo.Si æqualiter probẽt,poterit iudex eos pro parte dimidia & indiuisa possidere pronunciare. Ber.in c.licet.de proba. Bar.in d.l.vni. Imò si duo sint vsufructuarij,vt sæpe contingit,quin etiam plures,aut mille, simulato tamẽ vno & eodẽ amore mulier prosequitur,pronunciabit iudex,vti possidebatis,ita possideatis, vt diuersis tamen temporibus vtantur. Bartol.in d.l.ij.ff.eod.ne scilicet deueniant ad arma.l.æquissimum. ff.de vsu. ne vtique detur occasio maioris tumultus faciendi.l.non est singulis. ff.de regul.iuris. Quibus etiam prohibere poterit ne armati ingrediantur possessionem. Barto.in dicta l.æquissimum. argu.l.via.ff.de seruit.& dicta l.communi. §.sed & si. & §.cùm de vsufructu. Sicut si duo de hæreditate contendant, poterit iudex prohibere, ne possessionem ingrediantur. Paulus in l.fina. C.de edicto di.Hadria.collat.ij. Facilè tamen erit potiorem probare possessionem. Difficilè quidem est,& perquàm raro euenit, ne vnus præ cæteris diligatur. Terentius: Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores,
Aut quia sum apud te primus. Phædria Thaidem alloquitur, & Philotis in Hecyra: Eandem pol esse omnibus iniurium est.

est. Aristippus Socraticus Cyrenaicorum, vt affirmat lib.iij.c. xv. Instit. diui. Lactantius, magister, & Cicero lib. ix. Epistolarum ad Pætum, & Diogenes in eius vita, non erubuit, cùm illi obijceretur eum Laida habere, respondere se habere Laida, non ab ea haberi. Vnde tractum est prouerbium: Non est cuiusque Corinthum nauigare. Sicut Acron lib. j. Epistolarum, epistola xviij. voluit. Cuiusque verò meretricis maior (vt vulgus loquitur) canis quispiam est. *Aristippus.*

Et si retient la court la congnoissance de la cause principale, ou les parties viendront proceder ceans au premier iour, ainsi quil appartiendra par raison.

LE VI. ARREST.

Vne Dame demande despens, à cause de certain pelerinage, quelle auoit voué pour son amy malade.

DE certaine taxation de despẽs, que deux conseillers de la court de ceans auoyent faicte à vne ieune dame, à lencõtre dun sien amy, montant la somme de x i x. liures, i i i. solz. v i. deniers Parisis.

A TAXATIONE expensarum, si modus excedatur, appellatur. l. fina. in qua Bartolus. C. quando prouoca. non est necess. Idem in l. ab executore. collatio. iij. ff. de appellat. Angel. aret. in §. hæc autem. collatio. iiij. Instit. de pœn. teme. litig. Non potest tamen à sententia expensarum sententiæ interlocutoriæ à qua non fuit appellatum post decennium appellare, si non excederetur modus. Panormit. in capit. sæpe. in fine. de appel. Constitutione enim inuicti principis Caroli v i i i. cauetur, vt cùm ab expensarum taxatione prouocatur, vt articulus in quo se offensum dicit notetur: quòd si *A taxatione expensarum appellatur.*

à nullo appellet, verùm in fine tãtum, taxatio hæc nihilominus robur sortietur suum, & ex ea executio fiet.

Pour raison de certain voyage & pelerinage, ou elle auoit, par grande ardeur, voué sondict amy.

Mulieres peregrinantur.

VOVENT frequentius peregrinationẽ mulieres, quàm quid aliud. Desiderant enim proficiscí, præsertim post pascha, lasciuiæ tamẽ magis causa quàm religionis, & deuotionis, & plurimùm circa viri assensum, etsi id nõ possint. Panor. in c. scripturæ. col. iij. de vot. & vot. redemp. Vxor tamẽ in domo viri, cùm sese voto constrinxerit, & iurauerit, si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit, sponsioni reddet quodcunq; promiserat: sin autem extemplo contradixerit, nõ tenebitur promissionis rea, quia maritus contradixerit, & dominus ei propitius erit. Nume. c. xxx. Videtur tamen mulierem hanc non posse repetere, cùm à principio facere nõ teneretur: Emissum igitur necessario adimplere. Nam liberum est in vniuersis in vouendo arbitrium, sed post votum necessaria solutio. c. licet. eod. Multa enim sunt facienda non iubente lege, sed libera charitate. Et ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, causa tamen dilectionis impendimus. c. iam nunc. xxvij. q. j. At secundum contractus naturam regulãtur vota, quæ cùm sint ab initio voluntatis, ex pòst facto tamen necessitatis sunt. l. sicut. C. de actio. & oblig. Panor. in d. c. licet. j. not. Sicut autẽ voluntatis, & officij magis, quàm necessitatis est cõmodare: ita modum cõmodati, finemq; præscribere eius est, qui beneficium tribuit. l. cõmodato. §. sicut. ff. com. Verùm hæc propter amicitiam & societatẽ profecta, viatica meritoriorũ, & stabulorum, & iumentorũ, currulorumq; vecturas, vel sui siue sarcinarũ gratia, amico imputabit. l. si fratres. §. si quis. ff. pro soc. Sed vt aliquid è penu poëtarum addam, necnon ad rem vouent amicæ,

Amica pro salute amici uouet, uel ecõtrario.

pro salute amicorum, vel econtra. Ouid. in ij. Epistola:

Thesea deuoui, quia te dimittere nollet. Et pòst:
Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece turicremis deuenerata focis. Tibullus:
Ille ego, cùm tristi morbo defessa iacêres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseq; ter circum lustraui sulphure puro,
Carmine cùm magico percinuisset anus.
Ipse procuraui, ne possent sæua nocere

Somnia,

Somnia, ter sancta deueneranda mola.
Ipse ego velatus filo, tunicisq; solutis,
Vota nouem Veneri morte silente dedi.
Vouet etiã Calentius pro recuperata Aurimpiæ valetudine.

Et auquel elle auoit esté nudz piedz pour luy, à fin quil fust guery dune griefue maladie de fieures blanches, quil auoit lors. Et ausi pour achepter des bouquets de romarin, & genieure, dont on lauoit chauffé: & dautres menues drogueries, quon luy auoit baillees durant sa maladie.

IMPENSAS quæ vir in seruo dotali curando fecit, recuperat. l. item isti. ff. de ædi. edi. l. diuortio. §. impẽdia. ff. sol. mat. vti etiã cõmodatarius. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmo. & si medico dederit pecunias. l. si necessarias. ff. de pig. act. Et socius vulneratus à socijs repetet quod in medicos impẽsum est. l. cùm duobus. §. quidẽ. ff. pro soc. Est enim necessaria. l. j. ff. de imp. in reb. do. Bar. in d. l. impẽdia. Et cui debentur aliměta, ita & pharmaca. l. cætera. ff. de ver. signi. Bar. in l. si cùm dotẽ. §. si autem. ff. sol. mat. & in l. legatis. ff. de ali. & cib. quod verùm est si magnæ. l. omnino. l. pe. ff. de imp. in reb. Bar. Pau. in d. l. impẽdia. Idẽ in d. §. si autẽ. Gestor tamẽ minimas recipit. d. l. omnino. vbi Bar. Quid sit modica boni viri est arbitrari. d. l. pe. Acc. & Bart. in d. l. omnino. Et has curator recuperat actione negotiorũ gestorũ: maritus verò contraria de dote, vel mãdati. d. l. omnino. Bar. in l. j. ff. de imp. in reb. Furiosæ autẽ vxori medicina vir & tenetur succurrere, & cogitur. d. l. si cùm dotem. §. si autem.

Impẽsas in seruo curando factas quis recuperat.

Ceſt amant cy ſeſt ſentu aggraué, & en ha appelé en la court de ceans. ¶ Le proces ha eſté receu pour iuger, & ha la court veu ladicte taxation de deſpens, & diminution baillee au contraire. Et tout veu, la court dit, quil ha eſté bien taxé par leſdictz Conſeillers, & mal appellé par lappellant, & lamẽdera. Et ſi le condemne es deſpẽs de la cauſe dappel, la taxation reſeruee par deuers elle.

LE VII. ARREST.

Sentẽce ſur vne fondation faicte de rante non amortie,

par vn quidam amoureux dune Religieuse.

PAR deuant les Conseilliers ordonnés sur le faict de la Iustice du thresor Damours, sest assis vn autre procés entre le procureur Damours dudict thresor demandeur dune part. Et vn ieune amant deffendeur dautre part. Et disoit ledict demandeur, que nul amant ne peult tenir par acquisition, aucuns biens Damours, ny faire fondation de rente, ou reuenu si elle nest deuement amortie.

Amortisatio.

ISTVD cõstitutionibus principalibus in Gallia introductum est: quibus cauetur, vt ecclesiasticæ personæ collegia, monasteria, prædia, pensiones, canones acquisitos amortisare teneantur apud regem & cameram æris fiscalis, in cuius fidem necesse est instrumentum autẽticum. Est enim amortisatio (vti hæc vox vulgariter apud Gallos accipitur) iuris remissio, quæ introducta est ne nobiles, vassalli, & cæteri ob huiusmodi alienationes pauperiores facti, seruitia & debita minus idoneè principi impẽdant, & soluant, necesseq; sit vt regni deterius se res habeant, cùm intersit regis plures diuites habere. Studet Imperator vt subiecti locupletentur. in auth. vt iud. sin. quo. in princ. Expedit etiã Reip. ne sua re quis malè vtatur. §. penul. Inst. de his qui sunt sui. l. j. C. de emen. ser. Illud enim idem quòd cuiusq; priuati primo interest, ita & Reip. secundo. Accur. in §. fin. Insti. de iust. & iur. & in §. pen. Inst. de his qui sunt sui. cùm huiusmodi obsequiis ecclesia sit immunis. An autem res ad ecclesiam transiens, eat cum onere pensitationum tam præteritarum, quàm futurarum? Pau. in l. inter debitorem. ff. de pact. & in l. j. §. j. ff. de publ. Pan. in c. fin. de vi. & hone. post Ber. & est facti, cùm si ad alium huiusmodi res amortisatæ deueniant, eò tamen iure nõ vtantur: & Caroli VI. constitutione in amortisatione tertia pars valoris rei datur ærario regio. Quòd si amortisata non fuerit, ex ea re exigetur amortisatio. Ioan. in c. si tributum. xj. q. j. vbi viderint vtrum è rebus ecclesiasticis, vel clericorum tributum soluendum sit. Aliis constitutionibus iussum est, vt res non amortisatæ sub manu regia ponantur, sub qua ecclesia vtatur: & infra annum & diem alienet, alioquin committetur, quibus constitutionibus cum Ambro

Interest imperatoris plures diuites habere.

Res ad ecclesiã transiẽs an eat cum onere pensitationum.

sio

fio contra Auxentium reſpondebo. Si tributum petit Imperator, non negamus, agri eccleſiæ ſoluant tributum: ſi agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum, tollat eos ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego. d. c. ſi tributum.

Et que toutes & quantesfois que aucun faict contre Amours, eſt en poſſeſsion de prendre les fruictz & le reuenu de la rente non amortie: ceſt à ſçauoir de trois annees, lune. Or diſoit ledict demandeur, que ledict deffendeur ſans licence Damours, nauoit ſur ce amortiſſement, & auoit faict vn contract par maniere de fondation, auec vne Religieuſe: par lequel elle eſtoit tenue de prier pour luy: & de dire auſsi certaines oraiſons.

Miſſa.

HOC in miſſa eſſe non poterit. Nam non poteſt ſacerdos ad certi cuiuſpiam diui miſſam per annũ celebrandam arctari, cùm nec propter has peculiares miſſas feriarum ſacra debeant obmitti. c. quidam. de celeb. miſſ. quòd ibi Pan. intelligit, vbi ſolus ſacerdos eſſet. arg. c. ſignificatum. de præbẽ. vbi idem. ij. not. Quæ miſſæ peculiares diebus ſolennibus non ita publicè decantandæ ſunt, vt populus à ſolennibus auocetur. c. & hoc. de conſe. diſt. j. Nec patronus celebrandi aliquem modum præſcribere poteſt: hoc verò decernere ad ſuperiorem ſpectat. Pan. in d. c. ſignificatum. Verùm illicita eſt beneficii inſtitutio, in qua ſacrificulus dietim cogitur ſacra facere: quòd ſi contigerit, interpretationem recipit, vt eò frequentius poſsit, quantò ſalua honeſtate, & debita religione, ac deuotione id poſsit, & valeat. Panor. vbi ſuprà. Et ædes ſacra ab alio erecta, aut dotata ad epiſcopi conſecrationem, & ordinationem pertinet. c. ij. x. quæſt. j. in quo Ioan. & c. meminerint. ead. c. & q. Non etiam is erector in epiſcopi præiudicium aliter diſponere poteſt, atque in alium confirmationes transferre. Pan. in c. cùm dilectus. col. ij. de conſuetud. Sicuti & priuatorum pactis forma iuris fiſcalis non conuellitur. l. inter debitorem. ff. de pact. l. ij. C. ſine cen. vel reliqu. Priuata etenim diſpoſitio teſtatoris generalem conſtitutionem canonis immutare non poteſt. cap. requiſiſti. c. tua. de teſt. Nemo etiam cauere poteſt, quin leges in teſtamento locum habeant. l. nemo. ff. de legi. j. Et eſt abſurdum edicti perpetui negligi formam. l. ij. C. de

Aedis modo erecta conſecratio ad quem pertinet.

Priuatorum pacta iuri publico non derogant.

cond.inſer. Ius itaque publicum quis remittere non poteſt: nec huiuſmodi cautionibus mutari forma antiquitus conſtituta.l. quidam decedens.ff.de admi.tut. Quando tamen quis id poſsit, vide Ber.Pan.in c.ſi diligenti.de foro compet. Nec priuatorum pactis ius publicum mutari poteſt. l. ius publicum. ff.de pact. l. nec ex prætorio.l.neque pignus. ff.de regu.iur. d.c.ſi diligenti. Priuatorum cautione legibus non eſt refragandum. l. quòd de bonis.§.j.ff.ad leg. Falc.l.fina.ff.de ſuis & legi.hæred. Et pacta quæ contra leges cõſtitutionesq;, vel contra bonos mores fiunt, nullam habere vim, indubitati iuris eſt.l.pacta quæ.C.de pactis. l.iuriſgentium.§.pacta.l.contra.C.eodem.

Et auſsi en ce faiſant ledict amoureux la debuoit fournir de ſoye,& de pluſieurs autres menues baguettes.

Simonia. DARE quid temporale pro ſpirituali, ſimonia eſt.c.j.& toto tit.de ſimo.quæ hic committi videbitur. Quidam tamen in contrarium arbitrantur: cùm hæc onera in pactum deduci poſsint.c. ſignificaſti.de elect.& ſic modus ſpiritualis quod inficiatur Panor.quamuis modus ſpiritualis, cùm id quod tradatur temporale ſit: ſecus ſi beneficium ſpirituale daretur ſub conditione diuinorum celebrandorum. Idem in c.ſignificatum.de præb.quo in c.ad effugandam ſimoniam onera apponenda rei dicit, quòd res cùm oneribus tranſeat. O' quæ vafricia, vt putent hi noſtri ſacrorum canonum interpretes his formulis Deum circunſcribi, & eludi, vt à ſimonia cadamus: & vt ad rem diuertam, ſimonia interueniens in contractu, ipſo iure hunc vitiat. Pan.in d.c.conſtitutus. Poteſt tamen ſacerdos ad ſeptennium vſque operas locare. Ioan.in c.fina.xxj.q.ij.quòd in extraneo Pan.in c.ſua.de ſimo.& in c.j.de ſepul.reſtrinxit, nonvt directè pro ſpiritualibus temporale recipiat, verùm vt in compenſationem damnorum quæ ſuſtinuit in exhibendo impenſam ſuam,& operam in ſpiritualibus moram trahendo impendendis. Iuſtum nempe eſt,& rationi conſentaneum vt illi conſequantur ſtipẽdium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur officium.c.charitatem. xij. q.ij. Quum qui altari ſeruiat, ex illo viuere debeat.c.cùm ſecundum.de præbẽ. Et hoc ſentit Ber & Pan.in d.c.ſignificatum.ſi non habeat beneficium ſibiipſi condignum. Imò & paciſci poteſt pauper, vt pro ſpirituali obſequio, temporale recipiat. Omniſque Chriſtianus ad miſſarum ſolennia quid offerre debet.

Dicit

Dicit enim Deus: Non apparebis in conſpectu meo vacuus. ca. omnis Chriſtianus. de conſec. diſtinct. j. Accur. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure.

Moyẽnant leſquelles icelle religieuſe luy debuoit enuoyer, pour ſouuenance, tous les moys de lan, certaines bourſes faictes à ſa deuiſe. Et pource requeroit le procureur Damours demandeur, que ledict amant deffendeur fuſt cõdemné à rẽdre, & luy bailler de trois bourſes lune, ſelon les ordonnances. Et quil fuſt enioinct audict deffẽdeur, de prẽdre amortiſſemẽt deſdictes Amours de ladicte rente, ou den vuider ſes mains. ¶ De la partie duquel amoureux deffendeur fut deffendu au cõtraire. Et diſoit q̃ luy conſiderãt, quen amours y ha treſgrande peine.

Amoris pœna.

AMORIS ærumnas luemq́; vno in loco ex plurium autorum teſtimoniis deſcribere longum foret, ac forſan lectori nauſeam moueret. Hîc verò ex poëtis tantum, non etiam recentioribus, & à Plauto quòd magis ad viuum, plurimisq́; verbis id expreſſerit, è Ciſtellaria, & cæteris comœdiis incipiendum erit:

Credo ego amorem primùm apud homines carnificinam commentum,
Hanc de me conjecturam domi facio, ne foris quæram.
Qui omnes homines ſupero, atq; antideo cruciabilitatibus,
Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer.
Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior, ita
Nullam mentem animi habeo: vbi ſum, ibi non ſum, vbi non ſum, ibi eſt animus.
Ita mihi ingenia ſunt, quòd lubet, non lubet iam id continuò.
Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quòd dat, non dat, eludit.
Modo quòd ſuaſit, diſſuadet, quòd diſſuaſit, id oſtentat.
Maritimis moribus mecum experitur, ita meum
Frangit amantem animum. In Mercatore:
Nam amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent:
Cura, ægritudo, dolor, nimiaque elegantia.
Hæc non illum modò qui amat, ſed quenque attigit,
Magno atque ſolido mulctat infortunio.

Nec pol profectò quisquam sine grandi malo.
Præterquàm res patitur studet elegantiæ.
Sed amori accedunt vitia vltra hæc, quæ diximus,
Insomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,
Ineptia, stultitiaq; adeò & temeritas,
Incogitantia, excors immodestia.
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. In Persa:
Nã cùm leone, & cùm excetra, cùm ceruo, cùm apro Aetolico,
Cùm auibus Stymphalicis, cùm Antæo deluctari mauelim,
Quàm cum amore. Et in eadem alibi:
Miser est qui amat. In Asinaria: Vt miser est homo, qui amat.
In Truculento:
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis pereat,
Quotq; exoretur exorabilis, quot illic blanditiæ, quot illic
Iracundiæ sunt, quot sunt perclamanda.
Et eiusdem poëseos Terentius:
Dij boni quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.
Ouidiana Cydippe:
Ipsa velut nauis iactor, quàm certus in altum
Propellit Boreas, æstus & vnda refert. In ij. de Arte:
Plus est quòd lædit amantes:
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores in Atho, quot apes nascuntur in Hybla,
Cærula quot baccas Pallados arbor habet:
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores:
Quæ patimur, multo spicula felle madent.
Horat. Satyra ix.
Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero.
Muneribus seruos corrumpam, non hodie si
Exclusus fuero, desistam, tempora quæram:
Occurram in triuijs, deducam: nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

His omnibus multò maiorem pœnam doctissimus vates in vj. paucis exprimit, dum amantium curas nedum in morte, vt cæteræ, extingui ostendit:

Nec

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & myrtea circùm
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.

Car ceulx qui si mettent ne sont pas aucunesfois maistres deulx en oster, quand bon leur semble.

RESILIRE ab amore perdifficile est. Lucretius lib. iiij. *Ab amore resilire difficile.*
Sed fugitare licet simulachra, & pabula amoris
Absterrere sibi, atque aliò conuertere mentem.
Et iacere humorem coniectum in corpore quæq;,
Nec retinere semel conuersum vnius amorem,
Nec seruare sibi curam, certumq; dolorem.
Vlcus enim viuescit, & inueterascit alendo,
Inq; dies gliscit furor, atque ærumna grauescit.
Si non prima nouis conturbes vulnera plagis.
Volgiuagaq; vagus Venere antè recentia cures.
Aut aliò posis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem,
Sed potius quæ sunt sine pœna commoda sumit.
Nam certa & pura est sanis magis inde voluptas. Plura apud eum videre est.

Et mesmement à fin que Amours luy aydast en tous ses affaires & besongnes: il estoit bien vray vrayement, que pour les grans biens quil auoit apperceu en vne religieuse de son accointãce, il luy auoit prié & requis, que toutes & quantesfois elle se trouueroit à matines, & lon cõmẽceroit à chanter, Te deum laudamus, quelle dist lors vn Deprofundis, pour lame de luy, ce quelle luy auoit accordé.

QVANTO digniores fuerint, tantò facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. c. episcopi. j. q. j. Panor. in c. extirpandæ. §. quiverò. coll. ij. in repe. de præben. At econtrario orationes impiorum deus non exaudiet. c. scriptũ. xiiij. q. v. Nec tam fidelibus de solicita quantumcũq; intẽtione fidendum quàm de instantia orationis humilis, & deuotæ sperandum c. vbi periculum. §. quia vero. de elect. in vj. Iacobus c. v. Multum enim *Orationes bonorum prosunt.*

enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo iustus erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Homerus cuius verba Plato in sua Rep. transcripsit, & Latina fecit Marsilius Ficinus: Hæc:

Sunt faciles superi, precibus flectuntur: & iidem
Sacrorum nidore pio placantur, & ipsis
Nimirum votis hominum, quæ si quis in illos
Errarit, veniam rogitans concepit in aris.

Deus vult deprecari.

Vult enim deprecari Deus, quòd demonstrat Minerua apud Ouidium in v. Fastorum:

Nos quoque tangit honos, festis gaudemus & aris.
Turbaque cœlestes ambitiosa sumus.
Sæpè deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpè Iouem vidi, cùm iam sua mittere vellet
Fulmina, ture dato sustinuisse manum.

Et aussi pour la recompensation de la peine, iceluy amant luy auoit promis denuoyer de la soye, de lor de Chipre, pour soy esbatre à faire de belles bourses, & des surceinctes, & des cordeliere, & seroit tenue à en bailler, de trois lune.

HIC poterit dubitari quis contractus sit: quidam contractum innominatũ arbitrabantur, non locationẽ, cùm res data propter operas (quãuis hæ possint locari. l. qui operas. ff. loc.) nõ sit pecunia. l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præsc. verb. vbi Bar. & Paul. l. si merces. §. vis maior. in qua Bar. in fine, & Paul. ff. loc. Accur. in l. ædem. si olei. C. eo. arg. l. j. §. si quis seruũ. vbi Pau. ff. depo. Potest tamẽ ex aliquibus arestis verbis maximè per hæc (pension vsagiere) & per hæc (tant tenu tant payé) locatio iudicari. Cùm debeant interpretari contractus non secundum summam vocum significationem, sed iuxta ipsius conuentionis naturam. c. constitutus. vbi Pan. de rel. dom. vbi licet emphyteosis fiat mentio, non idcirco emphyteoticus, verùm censualis contractus est. simile in c. illo vos. de pign. vbi idem Pan. in quo tametsi emptionis, & venditionis mentio habeatur, tamen propter pacta ibi apposita, quæ magis pignori cõueniunt, pignoratitius contractus censetur. Bart, Paul. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de pub. Pan.

Contractus secundũ intentionem contrahentiũ interpretari.

Pan.in.c.ad noſtram.de empt.Pretium etiam diſcernit emptionem à conductione, Accurſ.in.l.j. ff. de ſuperfi.l.ſi vno.in qua Bart.ff.loc. vbi donatio verbum tranſactio interpretatur. & in ſimili dicit Barto.in d.§.vis.Quòd ſi fundus ſub mercede certa, non in pecunia concedatur, eſt contractus innominatus, qui ſimilis eſt locationi.nec ſi verbum locaui poneretur in libello, illum vitiaret.Nonnunquam etiam depoſitum regitur ſecundum mutui naturam.Bart.in l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.petat.& ii contractus iudicandi ſunt ſecundum formulam conuentionum innominatorũ, quibus aſsimilantur.l.eum qui.§.ſi rem.ff.commu.diui.d.§.ſi quis ſeruum.l.ſi gratuitam.§.j.l.ſi rem.ff.de præver.Bar.in l.ſi pecuniam.col.ij.ff.de cond.cau.da.Bar.in.l.cùm proponas.C.de dol.& in l.j.§.diuus.co.ij.ff.de var.& extr.Verba inſuper cum effectu accipienda ſunt.Paul.in §.fin.legis.j.ff. quod quiſ.iur.Ioan.in c.ij.xxxiij.q.j. Et etiã interpretanda ſecundũ vſum vulgariũ,Pan.in c.capellanus.de fer.& in c.ij.col. iiij.de tranſ.epiſ.Quidam hæc extra rem eſſe arbitrabuntur.

Verba cum effectu accipienda.

Or diſoit ledict deffendeur, que proprement ce neſtoit point acquiſitiõ perpetuelle: mais eſtoit ſeulement vne penſion viagiere faicte de la volunté & vnion des deux cœurs. Parquoy ny falloit nul amortiſſement: Car il ny auoit point dobligation.

VIX erit quin in hac noſtra ſpecie obligatio ſit:ſaltem conſenſu.præſertim per verba, De la uoulenté, & union des deux cueurs. Cùm etiam nudus conſenſus ſufficiat obligationi, ſed & nutu plerumque conſiſtunt obligationes.l.obligamur.ff.de actio.& obliga.& non tantum verbis,quàm conſenſu confirmatur contractus.l.ſi ſtipuler.in fine. ff. de verb.oblig. ſaltem hic erit obligatio pacto nudo veſtita.

Obligatio.

Ne conſtitution de rente.

CANONIS annui duo ſunt contractus,vnus emphyteoſis, alter verò cenſus. Eſt autẽ emphyteoſis cùm quis agrum ab aliquo etiam collegio,aut vniuerſitate in perpetuũ ſub annua certa penſione colendum acceperit: à quibus aut ab his,qui in eorum locum quoquomodo ſucceſſerint,auferre,quoad pẽderint, non licet.l.j.ff.ſi ager vect.§.adeo.Inſt.de loca.de qua antiquitus dubitatum eſt,eſſetne emptio,an locatio: donec à Zenone imperatore præciſum fit.l.j.C.de iur.emph.d.§.adeo.Quæ iure ciuili

Emphyteoſis.

ciuili introducta est. Accurs. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. in cuius cõtractu non transfertur directum dominium. d. l. j. Pan. in c. potuit de loc. Non tamen vsquequaque vera arbitror, quæ & Bar. in d. l. j. C. eo. & Pan. in d. c. potuit. in fi. asseruerunt, scilicet vt si in principio certa summa detur, pro quo quid certum annuatim luatur, emphyteosis sit. Nam id magis ad naturã contractus censualis attinet, quàm ad emphyteosim. Nam hæc propriè non nisi in agris iuxta vocis interpretationẽ consistere potest. arg. etiam rubricæ ad legem, & legis ad rubricam. ff. si ager vect. qua in rubrica & in l. sciendum. §. j. ff. qui satisd. cogan. solum, quod sciã in totis Pandectis illius vocis mentio habita est. Dicta nempe emphyteosis est ab ἐμφυτεύω quod est insero, siue planto. φυτὸν enim planta est, & φυτεία plantatio, & meliorationes ἐμφυτευτικὰ, id est, laboramenta. l. ij. & fi. C. eo. arg. etiam l. j. de mancip. & col. lib. x). In emphyteosim autem tantum sterilia dabãtur, vt quis sua industria & labore meliora, & fertiliora redderet. Hodie etiam fructuosa dantur. Accur. in d. l. fi. & in §. adeo. & vocatur emphyteosis multis nominibus secũdum diuersarum regionum idiomata. Quidam enim precariam, alii liuellum, multi ad firmam. c. ex literis. vbi Ber. de iur. patr. Bart. in d. l. j. Et hæc conuentio in scriptis celebrari debet. l. j. & arg. l. fi. C. eod. vbi emphyteota emponemata vendere non poterit, & si actum, nisi id scriptura probet. quamuis Accur. in d. l. j. legem ad id non arctare dicat, quẽ sequitur Bart. ibi & Pan. in d. c. potuit. Contra quos cæteri aduersantur, & verius, propter infirmitatem memoriæ. Ang. Are. in d. §. adeò. Quòd autem soluitur, pensio vocitatur, & canon, aut. si quas perpetua. qui rem. C. de sacr. eccles. c. ea enim. §. qui rem. x. q. ij. l. ij. fi. eo. d. §. adeo. & vectigal. dd. ll. j. ff. si ager. sciendum. §. j. propriè tamẽ emphyteosis pensio est. Paul. in d. l. j. § j. ff. de pub. Panor. in c. constitutus. de relig. domib. Quæ modica esse debet, & magis in dominii recognitionẽ, quàm in fructuum recompensationẽ. Ideo licet pereat pars, vel plus, non fit remissio, quum quod reliquum supereſt, ad canonem sufficiat. l. j. vbi Bartol. C. eod. idem cùm Paul. in d. can. aut. perpetua. Quæ potest esse in vna specie. Angel. Aretin. in d. §. adeo. Nonnunquam tamen hæc vocabula confunduntur. d. c. constitutus. Et cùm vna pensio pluribus rebus constituitur, videtur in singulas res distributa. Panor. in d. c. potuit. col. iij. In quibus autem differat emptio, vel locatio ab emphyteosi, Accur. in d. l. fi. C. eo. & in d §. adeo. In censuali verò contractu dom

Emphyteosis in scriptis celebrari debet.

Pensio. Canon. Vectigal.

Censualis contractus.

ctu dominium directum, ac vtile in recipientem transfertur: & quid certum annuum in signum seruitutis soluitur, quòd census nuncupatur. Bartol. Paul. in d. l. j. §. j. ff. de pub. Panor. in c. j. de resti. integ. & in quibus differat ab emphyteosi, ibi per eosdem: per Panor. in d. c. constitutus. *Census.*

Sinon tant tenu, tant payé.

IN vrbanis prædiis prout quisque habitauerit, ita obligatur, nisi in scriptis præscriptum conductionis tempus sit. l. item quæritur. §. fin. ff. loc. Quid autem importent hæc verba. vide ibi per Bart. post Accur. Potest & conductor propria autoritate propter non solutam pensionem à domino expelli. l. penult. ff. eod. arg. l. si in lege. §. colonus. ff. eod. & l. iij. C. eod. etiam si de non expellendo pactum sit. l. quæro. §. inter. ff. eod. Panor. in c. quemadmodum. §. illud. col. j. de iur. Qua in specie debet expectari per biennium. argu. l. cùm domini. ff. eod. Item si in maius tempus conductum sit. Accurs. Bart. in d. §. inter alia. in l. iij. C. eo. Idem cùm Bart. Paul. in l. vectigalia. §. fi. ff. de pub. Bar. in d. l. cùm domini. Paul. in d. §. inter. Quòd idē in publicano non expleto tempore est. d. l. vectigalia. §. fin. poterit tamen conductor appellare, vel contradicere, si iustam causam alleget, quare nō soluit. Paul. in. d. l. cùm domini. & à deiecto potest peti pensio debita, & non soluta. Bar. Paul. in d. l. penul. Frangenti quippe fidem, eadem nec seruanda est. l. si instituta. ff. de inoffic. test. l. cùm proponas. C. de pact. l. si diuersa, l. siue apud. C. de trāsac. Frustra quis sibi fidem postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitam seruare recusat. c. frustra. de regu. iur. in vj. Et promittens seruare cōtractum, idq; iurans, intelligitur si alter obseruauerit. Panor. in d. c. quemadmodum. Est enim graue fidem fallere. l. j. ff. de const. pec. Plautus in Mostellaria: Fides seruanda est, ne ire inficias postules. Idem in Rudente: Te hic fide leonia vti non potest, seruanda fides. Et quanta mala subsequantur ex fide destituta, Lucanus in v. expresit:

Conductor autoritate domini an expelli possit.

Fidem frangēti fides frangatur eidem.

Sic eat ô superi, quando pietasq; fidesq;
Destituunt, moresq; malos sperare relictum est.

Et fide nihil maius in hominibus esse, Dionysius Halicarnassæus libro ij. scribit. Et si seruanda est ab hominibus magna adeò res, & perpulchra ab Imperatore seruari, Xenophonte in Agesilai laudibus inquiente, bene à Græcis de infido dictum est, ἄπιστος ἄφιλος. id est, amico caret infidelis. Est nanque fides

hosti

Hosti fides seruanda est.

hosti seruanda.c.noli.xxiij.q.j.vbi Io. Ber. & Panor.in c.peruenit.ij.de iur.Bar. in l.conuentionum.ff. de pact.hæc non habere locum inter priuatos hostes dicit, qua opinione Vldaricus Zasius multis in Eccliũ supradicta calumniatus est.Verùm quod hosti seruanda sit fides,multi nos docuerũt.Cicero in iij. Offici. Est autem ius bellicum,fidesq́; iurisiurandi hosti seruanda.Erycratides Anaxandride percunctante (vt autor est Plutarchus in Apoph.) quare de Ephororum contractibus quotidie iura rederentur, vti,inquit,inter hostes fidem quoque mutuam habeamus:quam necessariò seruandam Iosephus lib.xv.c.v. Antiqui. Iudaicarum scribit.Et vt ad exempla descendamus,M.Regulus Cicerone in Catone maiore, & diuo Aurelio Augustino lib.j. c.xv. de Ciui.dei, autoribus, ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret:etiam perfido,vt ait Silius: Qui longum semper fama glisccnte per æuum Infidis seruasse fidem memorabere Pœnis. Liuius refert decem captiuos Romam ab Annibale missos, pro redemptione cæterorum captiuorum, & nullum aliud pignus ab iis quàm fidei acceptum, & etiam iureiurando adacti. Ex quorum vnus exsoluendi sacramenti causa postea quàm è castris exiuit,velut aliquid oblitus in castra reuer sus est, & comites assequutus, actaq́; legatione ad Annibalem reuersi sunt omnes, præter hunc,qui domi mansit, quòd vbi senatus resciuit, comprehẽsus & custodibus publicè datus ad Annibalem deductus est. Sunt enim infideles qui sub piscibus nascuntur,vt atteſtatur M.Manlius in ij. Fidei laudes diuus Ioan. Chrysost.in sermone de fide Abraham , Et Saxus vno vulgari capitulo explicuit.

Et que chascune desdictes parties estoit en son entier pour nen retenir rien se bon luy sembloit.

In cõtractibus innominatis locus est pœnitentiæ.

HIS verbis contractus innominatus censendus erit,in quo locus pœnitentiæ est.l.si pecuniam.ff.de condit.caus.da.Quòd quonam modo intelligatur, satis sit te illud ad Bar. & Paul.remisisse: ille in l.j.§.diuus.ff. de var.& extra.cogn. Nihil præterea tam naturale est,quàm eodem genere quodq́; dissoluere, quo colligatum est.ideo verborum obligatio cõtrario consensu dissoluitur.l.nihil.l.fere.ff.de regul.iur. Et hæ obligationes consensu contrahuntur,contraria voluntate dissoluuntur.§.fi. Inst.qui.mod.tol.obli.l.ab emptione.ff.de pact.l.quamuis saltus.ff.de acquiren.poss.l.prout quisque.ff.de sol.l.j.C.quando lice.

Obligatio contrario consensu dissoluitur.

lice. ab emptio. quod etiam in donatione est. l. si ea quæ. C. de donatio.

PVNITVR enim quis in eo in quo deliquit. Sapientiæ cap. xj. vt & adagialiter dicitur: Termeria mala: &, Neoptolemi vindicta. Seruo ad barbaros fugienti amputatur pes. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. Is autem qui peregrinum teſtari non permiſit, in non teſtandi factione punitur. autent. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſ. & §. vnde ſumitur. Eligẽs indignũ hac vice illa poteſtate ſuſpenditur. c. iij. de translat. epiſc. Confirmans eum, aut conſecrans, qui ſine S. Pontificis autoritate ad aliam eccleſiam conuolarit, & à conſecrandi, & conferendi poteſtate ſuſpenditur. c. ij. hoc titul. Qui duos ordines vno, vel duobus continuato ieiunio diebus contulerit, ab eorum collatione ſuſpenditur, & recipientes ab ipſorum executione. c. literas. ij. & ſeq. de tem. ord. Qui literas iudicis ſui delegati aperuit, contra illas non auditur. c. cùm olim. ij. de offic. deleg. Epiſcopus itaq; qui malitioſè præſentatum recuſauit, eidem de beneficio ſufficienti prouidere cõpellitur. c. paſtoralis. de iurepat. In cœmiteriis, aut etiam eccleſiis delinquens ſub ſpe fruendæ, & potiundæ immunitatis, ea non gaudet. c. fi. de immu. eccl. Et qui detulit arma ad Turcas, tantũ debet in ſubſidiũ terræ ſanctæ mittere, antequàm ei gremiũ eccleſiæ reſeretur. c. ad liberãdum. de Iud. Fumo periit Thurinus Veronius qui fumũ vendiderat, vt ſcribit H. Lampridius in Alexandro Seuero. Impii ſæpe patroni loquelam amittunt. Accur. in §. item ſurdus. Inſti. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. Bernardinus Buſtus primum aduocatus, dein ſodalis mendicus, ſeptem patronos Patauii mortuos, & abſq; lingua repertos in ſuo roſario ſer. viij. aſſeuerat. Aduocatos Apuleius lib. x. de Aſino aureo ob voracitatem vulturios vocat, quibus conceſſum intra mœnia, & in ipſo foro latrocinium, vt Lucius Columella in procemio dicit: cuius verba hæc ſunt: Sine cauſidicis olim ſatis fœlices fuerunt, futuræq; ſunt vrbes: & hoc aduocatorum vocat ſtudium contra nocentes, & innocentes à maioribus neglectum, quibus etiam conceſſum intra mœnia, & in ipſo foro latrocinium. M. F. Victo-

Punitur quis in eo in quo deliquit.

In aduocatos.

rinus

rinus in expositione j. Ciceronis de Arte sic inquit: Occupatis itaq; circa remp. sapientibus, & primum priuatarum controuersiarum, postremum fortunarum patroni fieri cœperũt, qui interdum contra iustitiam malas causas defenderẽt, sæpe etiam vincerẽt, coacti sunt sapientes illi reip. intenti ciuibus ac necessariis suis resistere contra illos callidos, ac disertos, qui assiduitate dicendi notissimi populo, atq; amicissimi esse cœperunt. Itaq; callidi cùm cõtra illos sapientes viros dicerẽt, sæpe pares, interdum superiores fuisse à populo iudicati sunt, & digni haberi cœperũt qui remp. gubernarent. Quibus postquàm commissa respub. est, multa incommoda, multa naufragia contigerunt. Et pòst non longè: Priuatorum negotia à callidissimis hominibus gubernata, qui postea pares sapientibus, interdũ meliores iudicati, commissam sibi remp. pessum dederunt. In aduocatorum auaritiam sic in j. iocosè, vt sunt ferme omnia illius epigrãmata, Martialis:

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat:
Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est. idem ait illos sibi solui velle, etsi prodant causam. in vij.

Egi Sexte tuam pactus duo milia causam:
Missti nummos quot mihi? mille: quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causa est,
Tantò plus debes Sexte, quòd erubui.

Iuuenalis plura in illos Satyra vij. ex quibus hæc:

Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia, & magno comites in fasce libelli:
Ipsi magna sonant, sed tunc cùm creditor audit
Præcipuè, vel si tetegit latus acrior illo
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
Tum immensa cani spirant mendacia folles,
Conspuiturq; sinus. Ouidius in prima Elegia:
Turpe reos empta miseros defendere lingua:
Quòd faciat magnas turpe tribunal opes.

Et in secundo de Tristibus:

Discitur, innocuas vt agat fœcundia causas,
Protegit hæc fontes, immeritosq; premit.

Seneca in Hercule furente:

Hîc clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus iras Et verba locat. Tacitus lib. x). xij). xiij. & xvj. legum Titiæ & Cinciæ meminit, quibus cauebatur, ne pretio quis oraret. De his Plautus in Pœnulo: Istic thesaurus

stultis

ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeant malè loqui melioribus. Id autem non conticeſcendum eſt quod ex Terentio in Phormione exprimitur, vt tot ſint patronorũ ſententiæ quot ipſi ſint, vbi Demipho Cratinum & Critonem de iure aduocatos interrogat, qui diuerſas ſentẽtias reſpondent. Et illud omnium in aduocatis detertimum eſt, quòd ſcribit Seneca li. j. de Ira, vt etiam ſi ingeratur pertinacia, ament magis, & potius tuentur errorem, vt in malis ereptis honeſtior illis ſit pertinacia, quàm pœnitẽtia. In aduocatos neotericos ſic. Saxus in j. epigramm.

Non pudet inſontem morſu te lædere vatem,
Vipereo rauci garrula pica fori,
Vendere qui tantum viduis mendacia noſcis,
Et dare plebeis verbula falſa reis.
Qui geminos toto defendis menſe clientes,
Quorum ieiuna ſqualet vterque famè,
Qui meretricis agis cauſam, quàm luridus vſtor,
Vno ſondapila comprimit aſſe ſua.
Litibus hos ſerua ſtrepitus, hæc ſibila docti
Non clypeis Phœbi plumbea tela nocent.
Extincti lacerent funus tua roſtra tribulis:
Non viui coruos ſcalpere membra licet. Et in iiij.
Non ſunt cauſidicis voraciores,
Qui ſyluas habitant lupi rapaces. De illis B. Mantuanus:
Stultorum eſt aliud genus immedicabile quoddam,
Latrones, & cauſidici, rabulæq; forenſes.
Nummorum aucupium, docti legumq; tyranni
Aere patrocinium vendunt: producere cauſas,
Et lites pendere diu vindemia quædam eſt.

In aduocatos multa F. Philelphus Satyra ij. ſecundæ decadis. Proſunt tamẽ aduocati, & iuriſconſulti, vt ſcribit Cicero in Topica his: Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum in iuriſconſultorum mihi videntur prudentia. Nam & adſunt multum, & adhibentur in conſilio, & patronis diligẽtibus ad eorum prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. Hæc de aduocatis plura quàm æquum ipſis forſitan videatur.

En requerant les gens Damours, quilz ſe vouſiſſent adioindre auec luy, tellement que le droict Damours y fuſt par tout gardé. Et diſoit quelle offroit prouuer ce quelle auoit dict, & plus encores.

Parquoy

Parquoy ledict amant deuoit estre prisonnier: & quand est à linformation quil auoit faict faire sur les iustifications, lon ny deuoit adiouster foy. Car tous les tesmoings estoyent à sa poste.

Testis corruptus.

TESTIS corrupti dictum non valet. c. licet. de proba. c. sicut. de test. Ber. Pan. in c. j. eod. titu. Testis enim testimoniū vendere non debet. c. fi. xiiij. q. v. Nam inquiente Ouid. x. Eleg. Non bene conducti vendunt periuria testes.

Quæ vera sunt in fauorem corrumpentis, secus si pro parte non subornante. Si tamen pecunia generaliter data sit, vt auxilio sit, valet depositio. L. Romanus in sing. fo. ix. Possunt etiam preces in testibus interuenire, dum tamen cesset corruptio. Pan. in d. c. j. in princip. secus si ii corrumpantur. Accursius. in l. diuus. in qua Bar. Paul. ff. de re iudic. l. diui. ff. de pœn. Accurs. in l. agnitis. vbi iidem. ff. de except. Paul. in l. exceptiones. ff. eo. Accur. cùm prædictis. in l. ij. C. si ex fal. instru. quamuis Bern. in c. cùm venerabilis. de except. tenuerit, quòd ipso iure nulla sit, & perperam: de qua Panor. ibi col. ix. Bart. Paul. in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iud. Bar. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. idem in l. j. C. si tutor ex fals. Ber. Panor. in c. licet. colum. iij. de test. Testes corruptos Iustinianus redemptos in l. testium. C. de testib. vocat, & seductos Cicero pro Muræna. Testem fallacem detestatur deus, Prouerb. c. vj. & xviij. Homo autem qui contra proximum suum loquitur falsum testimonium, iaculum est gladius, & sagitta acuta, Prouerb. c. xxv. Iuuenalis in vij. ne falsè deponamus, nos admonet:

Integer ambiguæ si quando citabere testis,
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, vt sis Falsus.

Pericles Atheniēsis egregius vir ingenio, vt est apud A. Gellium lib. j. c. iij. Plutarchum in Apophth. in politica, & de vitiosa verecundia, bonisq; omnibus disciplinis ornatus, cùm amicus eum rogaret, vt pro re causaq; eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est: Δἂν μι συμπρἀτ]ειμ τοῖς φίλοις ἀλλὰ μἰχρι θεῶν. id est, vt Gaza interpretatur, Opus est me amicis commodare, sed vsq; ad aras. Qui antiquitus falsum testimoniū dixissent. vt Sextus Cecilius iurisconsultus apud Gellium lib. xx. c. j. ait, è saxo Tarpeio deiiciebantur. Liuius lib. xxix. scribit M. Liuium C. Claudiū collegam Censorium equum vendere iussisse, quòd summæ notæ erat duarum rerum causa, quarum præcipua fuit, quòd aduersus eum

eum falsum testimonium dixisset. Strabo lib. xv. apud Indos falsum testé extremis decurtari scribit. Lex Mosis erat, attestate lib. iiij. c. vj. Iosepho, vt testis falsus ea pateretur, quæ is cõtra quem falsò testificatus, passurus esset. Charundas, vti Aristoteles lib. ij. c. x. Ethico. memoriæ mãdauit, falsò testi primus mulctã indixit.

Et au regard de sa maladie, affermoit quelle ne luy venoit dailleurs que de luy. Et quil auoit tort, de se plaindre delle: car iamais ne trouua femme qui laymast autãt quelle ha faict: ne qui luy face autant de plaisirs: & requeroit prouision, au moins que pendant le proces luy fust deffendu de non aller deuers la dame par luy nouuellement choysie. ¶ Et ledict amant disoit que ce nestoit pas raison: car pour elle ne deuoit estre retardé son bien, & sil luy auoit faict promesse nestoit pas à tousiours, parquoy ne cheoit aucune prouision. ¶ Finablemẽt parties ouyes ont esté appoinctees en droict, & au conseil. Si ha la court veu ledict proces, & tout ce quil falloit veoir en ceste dicte matiere: & tout veu, dict, que lesdictes parties ne se peuuent aucunement deliurer sans enquerir la verité de leurs faictz, & quelles sont contraires: si feront leur enqueste, & icelle faicte & rapportee par deuers la court elle leur fera droict. Et au regard de prouision requise par ladicte dame, la court dict que aucune ne luy en sera faicte pour le present, mais permet audict amoureux de se pourueoir ailleurs, & de seruir telle dame que bon luy semblera, pendant le proces, & iusques à ce que autrement en soit ordonné.

LE XXX. ARREST.

Vn amy se plainct de ce que pour seruir à sa dame il ha tout despendu: laquelle depuis na tenu conte de luy: cõcluant à ce quelle fust condemnee à lentretenir comme deuant.

Ceans

CEans ſeſt plainct vn Amoureux dune ſienne dame, quil ha longuement ſeruie. Diſoit que du temps quil eut premierement congnoiſſance à elle, il eſtoit bien ayſe: & auoit du ſien largement. Et quand elle luy demandoit aucune choſe à preſter, ou donner, iamais ne luy euſt refuſé.

Amantes omnia amicæ cõmodant.

AMANTES nihil amicis ad commodandum denegare debent, quòd ex Propertio lib.j.eſt:

Neu ſi quid petiit, ingrata fronte negaris:
Neu tibi pro vario verba benigna cadunt.

Or eſtoit vray que pour touſiours fournir aux fraitz, & aux grãdes cheres ſa cheuance y auoit eſté employee, & tellement que ſes eaues eſtoyent deuenues bien baſſes.

Amans fundo caret.

COMMVNE prouerbium apud Ciceronẽ lib.iij. Offic. tale eſt, Largitio fundum non habet. Plautus in Truculento:

Occiderũt etiã mihi fundi & ædeis. Ouid. in ij. de Rem. amo.
Gnoſida feciſſes inopem, ſapienter amaſſet:
Diuitiis alitur luxurioſus amor.
Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.
Non habet, vnde ſuum paupertas paſcat amorem:
Non tamen hoc tanti eſt pauper vt eſſe velis.

Ioan. Chryſoſtomus in hoc apoſtoli dictum: Vtinam toleraſſetis, &c. Ex amore inquit vulgari non modo nihil accreſcit emolumenti, ſed ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem ſumptũ vitæq; internitionem, adeoq; ædium è fundo ſubuerſionem. Hæc ſunt illius autoris verba Latinè facta.

Mais il cuydoit quelle deuſt ſoubuenir, comme il ha faict à elle: & la pria de luy ayder, & de lentretenir, dont na rien voulu faire: ains luy ha plainement reſpondu quil perdoit ſon temps, & que puis quil nauoit plus dequoy, elle nen tenoit compte.

Nemo amatur cui fortuna secunda non ſit.

NON niſi qui plura poſsidet, amatur, reuereturq;. Ouidius primo de ponto:

Diligitur

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est,
Quæ simul intonuit, proxima quæq; fugat.

Et non contente de celuy, ha faict dire, quil se retire chez ses amis: car plus nauoit intention de laymer, ny de luy faire aucun biẽ. Et encore qui pis est, se mocque de luy deuant les autres, en le monstrãt au doigt: qui luy est plus de martire, que qui le frapperoit dun cousteau parmy le cueur. Si requeroit finablemẽt ledict amant, que sadicte dame fust condẽnee, nonobstant son aduersité, de lentretenir seulemẽt en amour, et luy faire chere cõme elle souloit: & ql fust preferé deuãt tous les autres, attẽdu mesmement quil estoit des premiers venus, & des anciens seruiteurs. ¶ De la partie de ceste deffenderesse fut deffendu au cõtraire. Et disoit pour son proffit, que quicõques veult Damours iouyr, baille largẽt deuãt la main: & que cest grãde folie, que de satten dre à lescuelle dautruy, sil ne fournit et rẽplit. Disoit auec ce, que le galand au tẽps de sa fortune, & q̃ les biens luy venoyent en dormãt, il sest mescongneu, & en ha festoyé un & autre, dont il se fust bien passé: & maintenant sil ha disette il nest pas trop mal employé. Et quand est de laymer, elle disoit, quelle ny estoit point tenue: car les biẽs & vertus qui souloient estre en luy, ny sont plus. Et ne falloit ia ramẽteuoir les bõnes cheres du temps passé: car si ledict amant luy ha faict tant de plaisirs & seruices, aussi luy en ha elle faict plusieurs autres, qui nest ia besoing de declairer. Et puis quil est ainsi que poureté maintenant le guerroye, adonc elle nen veult plus: car aussi au lieu ou elle habite ny ha q̃ toute malheureté, & iamais ne sy treuue ioye.

Paupertas. CORNELIVS Tacitus lib.xiiij.scribit, Marcellum credidisse paupertatem præcipuum malorum esse: & aliquos hanc existimasse: Plutarchus de virtute morum, malum, alios magnũ quidem malum, nonnullos maximũ, vt etiam eius vitandæ gratia in scopulos, mariaq; sese impingant. Plato de Repub. illam illiberalitatem, & maleficia gignere memorat, & ille de vitiosa verecundia Thucydidem autumasse scribit, turpè quidem non fateri paupertatem, turpius verùm re ipsa non effugere. Laërtius in Thalete, apud Spartiatas celebratum fuisse dicit, pauperem neminem bonum esse. De miseria illius sic etiam Plautus in Rudente:

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri viuunt,
Præsertim quibus nec quæstus est nec artem didicere vllam,
Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.

Terent. in Phormione:

Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue.

Martial. lib. ix. dicit, Cinnam periisse, quòd luxuriosus opes haurisset, vbi ab astrologo citò se periturum accepisset.

Dixerat astrologus periturum te citò Cinna,
Nec puto mentitus dixerat ille tibi.
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies, non toto tabuit anno
Dic mihi? non est hoc Cinna perire cito?

Pecunia. Claudianus in Eutropium, Iniquã pauperiem vocat. Et turpem egestatẽ, Vergil. in vj. dicit. At contra Demosthenes pro Olynthiis: Δεῖται χρημάτων ἡ ἄνευ τούτων συνδιοικῆσαι γενέσθαι τὸν δύναστην. id est: omnino pecunia opus esse, & sine ea nihil rectè agi potest. Et pecuniã plurimum in honore inter res humanas mortalibus esse Strabo, lib. ix. scribit: hacq; ratione reges δυνάστας, id est, potentes Græci vocant, quòd plurimum possint, quodq;

Diuitiæ dant honores. etiam velint per munificentiam id persuadeant. Dat etiam census honores. Ouid. lib. j. Fastorum:

In pretio pretium nunc est, dat census honores:
Census amicitias, pauper vbiq; iacet. Horatius:
Scilicet vxorem, cùm dote fidemq;, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Pacificus in ij. Virginiæ:

Nil opibus melius, nil est & sanctius illis:
Diuitias dicunt sanguinis esse locum.

Verùm

Verùm non vſq; adeò pauperiem viri probi exprobrarunt, ſed & laudarunt doctiſsimi homines. Porphyrion in Horatium iij. Carm. od. iij. paupertatem apud veteres magis in honore fuiſſe, quàm diuitias ſcribit. Sic enim de ea Valerius Maximus: Quid ergo mendicam fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum diuturnius conuitiis laceremus? Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit, eo quidem certius, quàm qui cuncta poſſidet, quia dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum. Itaque quorſum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatẽ in vltimo miſeriarum ſtatu ponere, cùm et illarum frons multis intus amaritudinibus ſit referta, & huius horridior aſpectus ſolidis, & certis bonis abundet. Nemo magis inter autores Latinos diffuſius, crebriusq; paupertatem commendauit, quàm Seneca hoc quidem ſapienter, atque philoſophicè, quòd philoſophantium ſit paupertatem deuouere: & expeditam ad philoſophandum hic epiſtola xvij. dicat, & id atteſtatur Ariſtoteles lib. j. capit. vij. Politico. (prætereo hic quæ ab antiquis iuriſconſultis ſuper re hac memoriæ mandata ſunt) edito etiam per illum de eadem ad Lucilium tractatulo, cuius nonnulla dicta ex eius diuerſis operibus hoc in loco congeram. Epiſt. j. lib. j. Non puto pauperem cui quantulumcunq; ſupereſt, ſat eſt. & epiſtola ij. Honeſta, inquit, res eſt læta paupertas: illa verò non eſt paupertas, ſi læta eſt. Cui enim cùm paupertate bene conuenit, diues eſt: non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in arca ſit, quantum in horreis iaceat, quantum paſcat, aut fœneret, ſi alieno inminet, ſi non acquiſita, ſed acquirenda computet. Quis ſit diuitiarum modus quæris? primus habere, quod neceſſe eſt, proximus quod ſat eſt. Epiſtola iiij. Cui cùm paupertate conuenit, diues eſt. Epiſtola xx. Magnus eſt ille qui in diuitiis pauper eſt, ſed ſecurior qui caret diuitiis. Neſcio quo modò iſte paupertatem laturus eſt, ſi in illam inciderit. Epiſtola lxxxvij. Fiunt autem ex auaritia diuitiæ, ergo non ſunt bonum. & ibi multa in diuitias cùm ipſius paupertatis definitione. epiſtola autem cxxiij. Paupertas nulli malum, niſi repugnanti. cui conuenit illud Ouid. in viij. Paupertatemq; ferendo Effecere leuem. de Philemone & Baucide loquitur. & ille j. de Moribus, qui tamen ab aliquibus nothus exiſtimatur: Scire vti paupertate maxima felicitas. Seneca Tragicus in Octauia:

Bene paupertas humili tecto colenda latet,
Quas ciunt altas sæpe procellæ.
Aut euertit fortuna domos. Et illius ciuis Lucanus in v.
- O vitæ tuta facultas
Pauperis angustiq; lares, ò munera nondum
Intellecta deûm. alibi in v. Paupertate pij.

Pauperes probi.

Q. Curtius in iiij. Causa ei paupertatis sicut plerisque probitas erat. Homerus lib. iiij. Odissææ, propè Iouem hospites omnes & pauperes locat. Quare autem paupertas apud bonos sæpius, quàm apud malos hospitetur, Arist. sectione xxix. disserit, aut quòd ab omnibus odio habeatur, & apud bonos perfugiat, nacta saltem apud illos salutem, aut quòd probos se bene vsuros existimet, vel quòd fœmina sit, inops quidem consilij, atque virium, vt sese ab huiusmodi hominibus summopere commendatam velit, aut quòd mala sit, nec malis coniungi velit, siue quòd fortuna cæca sit, quòd seligere minimè sciat, quòd melius sit, nec ad malos progredi vult, quia sua fortuna contenti esse nolũt: vnde ad furta, ad latrocinia progredi necesse est. Qui enim despicit pauperẽ, exprobrat factori eius, Prouer. c. xvij. Lucian. in Timone diuitias festiuiter, vt sunt eius omnia ferè opera, & faceta detestatur, fingitq; paupertatẽ abiisse, cum qua simul & labor, & sapiẽtia abiit, quam adiutricem bonam, & rerum optimarum doctrinam dicit, quæ homines reddat corpore sano, valentiq; animo, & agentes virilem vitam. Fuerunt etiam viri pauperes bello reiq; pub. administratione tam apud Græcos, quàm Latinos clari habiti. Epaminundas ob inopiam publico funere à Thebanis prosecutus est, in cuius domo veru tantum ferreum inuentum est, vt scribit Plutar. in vita Fabij, & qui ad concionẽ proficisci non valuit, quòd vestem lauisset, nec aliã haberet qua operiri posset, scribẽte Io. Chrysost. lib. ij. aduersus vituperatores vitæ monasticæ. Aristidi mortuo, idem ob eandem contigit, vt & filiæ ex ære publico dotatæ sint, vt ille etiam & Aemilius Probus in illius vita monimentis reliquerunt. Lysandri paupertas post eius mortem detecta est, cuius imperium, nec principatus, domus pecunia ve illustrauit, illo autore scribẽte. Lemachus vt hic in vita Niciæ prodidit, fortitudine, & iustitia clarus, quoties verò ab Athenienſibus imperator crearetur, ad pallium, & crepidas aliquantulum pecuniæ decerni opus fuit. Phocionis quinquies, quadragies, imperatoris ab his duobus autoribus in eius vita celebrata est. De Fabritiis et Curiis, sic Lucan. in x. dum

Viri pauperes clari.
Epaminundas.
Aristides.
Lysander.
Lemachus.
Phocion.
Fabritius.
Curius.

Cæsaris

Cæsaris luxum detestatur:
Pone duces priscos,& nomina pauperis ævi
Fabritios,Curiosq; graues hic ille recumbat
Sordidus Hetruscis obductus consul aratris
Optabit patriæ talem duxisse triumphum.

L.Valerius Publicola in consulatu defunctus, vsq; adeò pauper fuit vt nummis à populo collatis eius sepultura curata sit,vti Augst.lib.v.c.xvii).de Ciuitate Dei.Et Marcellin.lib.xiiij.& Eusebius de temporibus conscribũt. Id itaq; Menenio Agrippæ de Sabinis triumphãti,cuius suasu plebs arma deposuit, vt Dionysius Halicarnassæus lib.vj).circa fin. & Seneca commentario de consolatione ad Albinam scriptis mandauerũt.Et Scipioni hoc loco prædicto & Marcelli. lib.xiiij.prodẽtibus. Cui dos ad maritandas filias defuit,id euenit. Quintius Cincinnatus, testibus Augustino iam loco dicto, & Dionysio Halicar.x.lib.quatuor tantùm iugera possedit,& suis manibus coluit, ab aratro dictator factus,victisq; hostibus in eadem paupertate permansit, repudiato agro, quẽ senatus illi dare vellet,muneribusq; amicorũ atq; cognatorum. Attilio Regulo defuit colonus ad rus colendum,inquiente Seneca ad Albinam de consolatione,cuius vxor & liberi è publico sustentati, vt meminit Marcellinus lib.xiiij. Pauli Aemilij veluti in eius vita Plutar.autor est, vix patrimonium in reddenda vxori dote suffecit,& ibi is ait, sex & decem viros ex Tuberonum familia simul in vnis ædibus,& quidẽ modicis cum coniugibus & liberis habitasse. Pauperies etiã in nõnullis prodest: vt in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.à quo prodesse,vt liberemur,iurisconsulti recẽtes deum summum deprecantur.Quorum mens præcipua est,iuri operam dare non aliam ob rem,quàm vt amplè ditentur, palàm Iustinianam sanctionem condonare opes proclamantes.Paupertatem tamen,vt bene satisq; appositè dicit Seneca, ex cuius opinione vsi in ea commendenda sumus, lib.ij. Declamationum,facilius laudare est,quàm ferre.Verùm vt vno & eodem autore concludam.De tranquilitate vitæ scilicet in opere: Optimus ille pecuniæ modus est, qui nec in paupertatem cadat, nec procul à paupertate discedat. Plutarchus opusculum de Cupiditate diuitiarum edidit,quo claris argumentis diuitias detestandas esse demonstrat, hic ille etiam paupertatem in Aristidis & Catonis comparatione laudauit, & Lucianus in Gallo.Ioan.Chrysost.homil.xvii). in epist.Pauli ad Hebræos homil.x).in eiusdem primam ad Timotheum

L.Valerius Publicola.

Menenius Agrippa.

Quintius Cincinnatus.

Attilius Regulus.

Paulus Aemilius.

Tuberones.

Pauperies prodest.

motheum epistolam, homil. super orationem Annæ, & homil. de diuite, & paupere. Et ex recentioribus, Ioan. Ponta. lib. ij. de fortitudine. Christophorus Landinus lib. ij. disputationum Camaldulensium, & M. Vipera in oratione de virtutum laudibus, & Laurentius Iustinianus in libro de Ligno vitæ. Quæ omnia hîc transferre, plus laboris, quàm ingenii, magisque grandis voluminis, quàm scholij foret.

Et quant est au surplus pour les biens quelle luy offroit vn poure baston en sa main pour sen aller, auec la prebende de vaten, pour recompẽsation de ses seruices. En cõcluant que à tort se compleignoit delle, & en demandoit despens. ¶ Apres lesquelles deffenses proposees, les gens Damours qui sestoyẽt adioinctz auec ledict amant, disoyent que ceste femme nestoit pas digne, quon parlast delle deuant les gens de bien. Car par son propos iamais nayme que pour argent, & ainsi confessoit auoir vendu les biens Damours. Et quelle en ha meschamment vsé en son temps: & aussi pareillement estoit voix, commune renommee quelle ayme touſiours trois, ou quatre: & quelle les succe iusques aux os: & puis encores sen mocque, qui est pis: car quelque femme que ce soit iamais ne doibt despriser le seruiteur qui la seruie, cõbien quil luy souuienne de beaucoup de fortunes. Et requeroyent lesdictes gens Damours à lencontre delle, quelle fust condamnee à faire amende hõnorable, & à luy rendre & restituer tout ce quelle ha eu de luy, & dont il debuoit estre receu par son serment, veu la maniere de proceder.

Iuramento quæ probantur.

INTERESSE auté quòd ex maleficio quis passus est, ipsius iureiurando probat. l. semper. §. in hoc. ff. quòd vi aut clàm. vbi Accur. & Barto. l. si quando. C. vnde vi. in qua hic, ille verò in §. non solum. Instit. de verb. obl. & in l. j. C. de senten. quæ pro eo. Ber. in c. dilecti. de foro compet. & in c. fin. de his quæ vi met. in quo.

quo Pan. Ioan. in c. in primis. ij. q. j. & iij. §. fin. iij. q. iij. Hæc vera non esse in eo quòd interest, si ex contractu, vel culpa id emergat, sicut Accurs. in d. l. semper. & Ioan. in d. c. fina. arbitrantur. Rerum amissio etiam probatur sacramento illius qui has perdiderit. d. c. fin. vbi Ber. & in c. præsentium. de testa. ac furto ablata. Pan. in d. c. fin. Si sarcinas apud te depositurit compositas, & signatas, si solutæ sint amissionem earum iuramento probabo. Pan. in c. fina. de iureiuran. Sunt etenim aliæ species, in quibus solius iureiurando creditur, quarum nonnullas hic per transennam referre, non graue lectori omnino erit. Cùm verò de alicuius conscientia, & animæ periculo quæstio est, eius sacramento creditur. Accurs. in §. sed istæ. in verbo dicit. Institu. de actio. vbi Ange. Aret. Ias. May. Barto. in l. inter omneis. § . rectè. ff. de furt. c. significasti. j. & ij. vbi Panor. de homi. Ber. Pan. in d. c. præsentium ille. in c. si verò. de senten. excom. Ioan. in ca. qui & humanis. xij. q. ij. Pan. in c. tua. de desponsi. impub. & in c. acceedens. de crimi. fal. Et id esse tantum in foro pœnitentiali Ioan. Andr. in clement. j. de homic. attestatur, etsi turpitudinem alleget. Ignorantia item hoc modo probatur Accurs. in l. atqui natura. §. cùm me absente. ff. de nego. gest. vbi Bart. Bern. in dicto c. accedens. Ioan. Andr. in c. vt circa. de electio. in vj. Ioan. in c. proposuisti. lxxxij. distinct. Pan. in c. innotuit. de elect. Anchar. in c. nulli. de elect. in vj. quòd de verisimili ignorantia idem illic, & in dicto ca. vt circa. intelligit. Nunc ad eius aliquas species deueniamus. Qui clericum percusserit, excommunicatus non est, modò clericum ignorauerit, quòd iuramento probabit. c. si vero. de senten. excommu. & id non feciſſe animo occidendi. Accurs. in l. j. C. ad legem Cornel. de sicar. Iason in d. §. sed istæ. Eligens aut etiam electioni assentiens, huic sese opponere poterit nequaquam, nisi ex noua causa ei inde agnita, quòd iuramento probabit. c. nulli. de electio. in vj. Et ab ea appellans causas exprimere debebit, alias enim postea non poterit, nisi ignorauerit, cuius fides sacramento sequenda erit. dicto ca. vt circa. Iureiurando etiam probabit quis se illegitimum per ignorantiam elegisse. Bern. in dicto ca. innotuit. Eum quem ordinauit, alterius esse parœciæ se nesciuisse sacramento affirmabit. Ioan. Andr. in ca. eos. de tempor. ordin. in sexto. Petens enim lanam vel purpuram infectam pondus debet adiicere, nisi id se ignorare iurauerit. l. prima. §. si quis argentum. ff. depos. Vestis subtractæ colorem ostendere quis propterea cogendus non est, si se nescium

Cùm de conscientia alicuius agitur, statur eius iuramẽto.

Ignorantia.

iurauerit.l.in actione.§.planè.ff.de furt. Sunt & aliæ ſpecies. Diſpunctio, & recognitio pluries creditoribus concedēda non eſt, niſi petens iurauerit, id calumniæ cauſa non poſtulare, neque ſe habere, quæ iam diſpunxerit.l.fin.ff.de bo.auth.iudi.poſſ. Pars fugiens in omneis expenſas, quæ conſueto modo circa lites expenduntur, cōdemnatur, ſuper quibus iuriſiurandi religione aduerſæ parti creditur.l.properandum. §.& ſi quidem.C.de iudic. Contumax reuerſus nō prius auditur, quin expenſas antea exoluerit, quas pars iurauerit.l.ſancimus.C.eod. Iurans ſe inſtrumentum iam editum de falſo redarguere poſſe, cogit partem denuo illud producere. l.fin.C.de fide inſtru. cuius perditio iureiurando probatur. Barto.in d.l.fin. Impenſa funeris, inſinuatio teſtamenti, inuentarii factio, & aliæ cauſæ neceſſariæ ſacramēto probantur. Accur.in l.fin.§.in computatione. C.de iur.delib. quòd ibi Bart. Pau.de minimis verùm generalius eſſe autumant. Quæ ſententia ſatis à calculo veritatis abeſt. Planè ſi oportet eum cuius ſolius iuſiurandum probatio eſt, fidei eſſe probatæ, & inculpatæ exiſtimationis, veluti omnes atteſtantur, nullum igitur rei magnæ, vel paruæ diſcrimen faciendum erit, qui ſi eius fidei eſt non minus in magnis, quàm paruis exiurabit, iuxta etiam Græcum adagium, ὅρκοις ἀνδρας, ἀσφαλέοις δὲ παῖδας ἐξάτωρ. Verùm dum ego Bartoli ſententiam inficior, noſtris recentioribus iuriſconſultis os in cœlum ponere erit, vt non minus ineloquenter, quàm inſulsè, ii acclamitant. Publicatis atteſtationibus in teſtes non obiicitur, niſi iureiurando adactus id ſibi poſt publicationes notum fuiſſe aſſeuerauerit.d.c.præſentium. Ad probandas etenim dilatorias exceptiones terminus à iudice ſtatuitur, vltra quem id non poteſt, niſi exinde nouerit, & iuramento affirmauerit.c.paſtoralis. de excep. quòd idem in peremptoriis, ibi Pan. eſſe ait: quòd neutrum in criminibus eſt, vt idem dicit. Actore & reo vnius diœceſis exiſtentibus cauſa extra illam delegari minimè poteſt, niſi actor larem illum, aut diœceſim intrare tutus non poſsit, aut potentiam aduerſarii perhorreſcat, quòd ſacramento probare poterit. c.ſtatutum. §.cùm verò.de reſcrip.in vj.vbi Anch. Iuramento viri ſtandum eſt aſſerentis ſe mulierem impuberem ad domum ductam, & illic puberem factam cognouiſſe.c.conſtituebatur.de deſp.impub. Denuntians in probationibus deficiens punitur pœna. c.ij.de calumn. ſin calumnioſè id non fecerit, quàm rem iuramēto probabit. Ber.in d.c.ij. Studentium res à muneribus immunes ſunt, quæ ſi horum eſſe denegentur,

gentur,& orta sit inter publicanos controuersia, harum baiulis, & vectoribus iuramento addactis credendum erit. Ioan. And. in cle. præsenti. de test. Vis maior iuramento etiam probatur. Paul. in d. l. fin. C. de fide instru. Alium casum vbi vnius iuramentum probatio sit, in l. fin. C. de iur. dom. imp. videre est.

Et auec ce, quelle soit bannie à tousiours dudict royaume Damours, comme indigne dy conuerser. ¶Ce poure amant pour ses repliques disoit, que en tant quil luy touche, quil estoit encore content, que tous les biens quil luy auoit donnés demourassent pour elle, comme siens: & ne vouloit quon luy en ostast rien: mais requeroit seulement quelle laymast comme deuant. Et encores promettoit de luy en faire. ¶A quoy elle respondit, que quand elle le verroit, en feroit son debuoir, mais iusques à lors luy conseilloit de changer air, pour recouurer santé, & obuier quil ne fust pas malade.

Mutatio aëris quid faciat.

MVTATIO regionis quid faciat ex Hippocrate de octimestri partu in hunc sensum demonstratur: Siquidem & hominibus sæpe locorum mutationes, & ciborum, morbos vel faciunt, vel tollunt. Et lib. de Cœli qualitate: Mutationes enim sunt quæ hominum mentes excitant, nec torpescere sinunt. Plinius Cæcilius lib. iij. epistol. ad Caluisium. Habet etiam multum iucunditatis soli cœliqúe mutatio. Et Cicero lib. viij. epistol. ad Gallum: Sed visa est mihi, vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortassis iam senescentis morbi remissio profuisse. Seneca de Tranquillitate vitæ: Aliquando vegetatio, iterúque, & mutata regio vigorem dabunt. Docet hoc etiam Marsil. Ficinus, de Triplici vita lib primo.

Et disoit oultre, que à la contraindre de aymer, lon ne sçauroit: & aussi tel amour qui seroit donné par force ne dureroit point: mais plus de mal faict à celuy qui lobtient, que sil nen auoit point.

Amor ultroneus.

AMOREM vltroneum esse voluit Xenophon lib. v. in Cyri infantia, & ita docet vsus. Horatius:

Quis enim inuitum seruare laboret.

¶Si ont esté les parties ouyes appoinctees en droict,& au conseil. Finablement veu le proces,& consideré tout ce quil falloit considerer en ceste matiere,la court dit,quelle condemne ceste rebelle femme à rendre, & restituer audict amoureux tout ce quil affermera en sa conscience luy auoir baillé, & donné,nonobstãt loffre par luy faicte, de ne luy en vouloir demander aucune chose.

Cõdemnare an posit iudex in plus, quàm petitum sit.

HIC suprà quàm petitũ sit,condẽnatur,quòd facere nõ debet iudex. Vltra enim id quod in iudiciũ deductũ est, excedere potestas iudicis nõ potest.l.vt fundus.ff.com.di. Stultus verò iudex est,qui id facit.l.fi.C.de fideicõ.lib. Pan.in c.cùm inter.de conf.col.fi. Verùm hæc ex procuratoris fiscalis cõclusione condẽnatur,nõ actoris.Hæc etiã in summo Pont.principe, & senatu,qui principis vice fungitur,fallũt.Et in criminalibus, in qbus etsi libellus cõcludere debeat minimè,attamẽ si cõcluserit, non eo minus poterit iudex secundũ & facinoris, & delinquentium qualitates,plus minus've condẽnare.l.hodie.ff.de pœ.Ang.are. Iaſ.hæc in §.curare.Instũ.de act.hic,col.v.ille,vj.Bar.in l.ergo. §.pœna.col.iij.ff.de his qui not.infa. Quòd etiã facere poterit ex necessitate.idem in l.vinum.col.iiij.ff.si cer.pet.

A laquelle offre la court ny obtẽpere point, veu que ladicte deffenderesse ne laccepte, & quelle sest rendue ingrate. Et ordonne que à ce faire sera contrainct̃e par la prinse de ses biẽs, & empriſonnemẽt de son corps. Et à touſiours la bannit des biens, & seruice Damours, en disant auoir forfaict de corps & de biens. En maniere quelle sera abandonnee à vn chascun pour desormais seruir le commun, & deuenir à tous publique.

LE XXXI. ARREST.

Vne ieune femme appelle de son mary, pource quil na voulu quelle portaſt vne robbe & vn chapperõ faict à la nouuelle façon.

En la

EN la court de ceans ſeſt aſsis vn proces, entre vne ieune dame ſeparee de ſon mary, qui ne veult quelle ne porte ſes robbes à la nouuelle façon cõme les autres: diſant, que nagueres elle en auoit faict faire vne bien gẽte, à la façon qui court: mais il la luy auoit faict oſter & deſpouiller, en diſant quelle ne la porteroit point en ceſt eſtat, par ce quelle eſt trop ouuerte par deuant: & que la languette du colet va trop bas, & que le giet de la penne eſt vn petit trop grand: & autãt en ont il faict de ſon chapperon. Pource quilz veulent dire, que la patte eſt trop volãte: & de faict lon luy muſſe, de laquelle choſe elle ha appellé en la court de ceans. Si concluoit tout pertinent en cas dappel, quil auoit eſté mal exploicté, & par elle biẽ appellé. Et au ſurplus requeroit prouiſion, que pendant le proces elle peult veſtir ladicte robbe, & ſon dict chapperon. ¶ De la partie deſdictz parens & amys intimés fut deffendu au contraire, diſant que ſelon la iambe le coup: car le monde parle auiourdhuy trop de legier, & ſe faict bon garder des premiers courroux.

PRIMI motus non ſunt in poteſtate hominum, ſicuti libro xix. cap. j. Noctium Atticarum ex Epicteti lib. Διαλέξεων, refert in hæc verba Aul. Gellius. Vires animi, quas φαντασίας Philoſophi appellant, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad animum, non voluntatis ſunt, neque arbitrii, ſed vi quadam inferunt ſeſe hominibus: eadem omnia retulit Aurelius Auguſtinus libro ix. cap. iiij. de ciuitate Dei: & quæ de Ariſtippo à Gellio loco prædicto referuntur. Similia Diogenes in eius vita ſcribit, & idem Gellius libro eodem, capi. duodecimo. Herodis Attici contra Stoicorum tranquillitatem ſententia, Nullus vſquam homo (inquit) qui ſecundum naturam ſentiret, & ſaperet affectionibus iſtis animi, quas

Motus primi non ſunt in poteſtate hominum.

πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, voluptatis, carere & vacare totis posset, & omnino non dolere. Cicero ad Quintum fratrem: Moderari verò, & animo, & orationi, cùm sis oratus, aut etiam tacere, & tenere motum animi, & dolorem, etsi non perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenii. Idem in Topica: Cadunt in ignorationẽ, atq; impudentiam perturbationes animi, quanquàm sint voluntariæ: obiurgatione enim & admonitione deiiciuntur, tamẽ habent tantos motus, vt ea quæ voluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certè ignorata videantur. Fabius in vj. Neq; enim sunt motus in nostra potestate.

Or disoit il que sadicte robbe ou houpelande que ceste appellante auoit faict faire, nestoit pas selon son estat. Car il y auoit superfluité doutrage que lon luy deuoit tollir, pour les incõueniens, que sen pourroyent ensuyuir, & nestoit tel que tenir en habit & moyen pour obuier aux langages des gẽs, qui y pourroyent penser, ce qui nest pas, & en parler à la vollee. Et ainsi à fin deuiter tous lãgages luy auoyẽt voyremẽt ostés & deuestus les habillemens nouueaux, en quoy ne pouuoit ladicte dame estre greuee, veu que lesdictz habitz en la maniere quilz sont faict estoyẽt excessifz, & superflux. Et par ainsi concluoit à fin de non receuoir, aliâs, mal appellé.

Vestes. SVNT etenim certi colores, nonnulliq; sericei panni, ex quibus non nisi principi, domuíue eius vestes deferre liceat, tot. tit. C. deuest. olo. Tacitus lib. ij. decreti à Q. Halerio cõsulari Octauio Frontone prætura functo meminit, quo cauit, ne vestis serica viros fœdaret. De sericaveste hoc modo Seneca lib. vij. de beneficiis: Video, inquit, sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est quod defendi, aut membra, aut corpus, aut deniq; pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquidò nudam se non esse iurabit: hæc ingenti summa ab ignotis etiã ad commercium gentibus accersuntur, vt matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quàm in publico ostendant. Liuius lib. xxxiij. & Valerius lib. ix. c. j. scribunt M. Oppium & T. Romulum tribunos plebis Q. Fabio & T. Sempronio consulibus in medio

medio ardore Punici belli ne qua mulier plus semiuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur sanxisse: quàm legem M. Fundanius & L. Valerius tribuni plebis de abroganda ad plebem tulerũt, quam itidem M. & T. Iunius Brutus tuebantur, propter quam factus matronarum & aliorum ad Capitolium concursus. M. verò Portius Cato consul oratione graui cẽset suo robore subsistẽdam. L. Valerius contrà abrogandam, cuius sententia vicit. Abrogata nẽpe est xx. annis posteaquam lata fuit. Hîc verò dum de ea scribit ait: Sed quid ego de fœminis vlterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio, omne studium ad curiosioré sui cultũ hortatur conferre. Orosius lib. iiij. c. xix. huic addit: His prohibitum sit per vrbem vehiculo vehi. De lege Oppia apud Cornelium Nepotem cap. xlvij. & Tacitum lib. iij. viderint studiosi. Suetonius in Iulio Cæsare hunc ait conchyliatæ vestis & margaritarum, nisi certis personis, & ætatibus, peráq; certos dies vsum ademisse. Alexander & Seuerus intra vrbem penulus vti vetuerunt, in itinere verò permiserũt, aiente Lampridio. Aristoteles lib. ij. Oeco. c. j. inter leges probæ mulieris hanc locat, vt scilicet sumptu, & vestitu, atque apparatu minori hæc etiam vtatur, quam etiam leges permiserint ciuitatis, considerans autem quòd nec vestimentorum nitor. nec excellentia formæ, nec auri magnitudo, tantum valet ad mulieris laudem, quantum modestia in rebus, ac studium honestè, decoreque viuendi. Omnis enim ornatus animi optabilis est. Iustinus verò libro iij. dicit Licurgum legibus suis cauisse, ne iuuenes amplius vna veste toto anno vterentur, & ne quisquam cultius, quàm alter progrederetur. Eadem enim ratio (sicut Cic. lib. j. Offic. scribit) est habenda vestitus, in quo sicut plerisq; rebus mediocritas optima est. Plautus in Pœnulo:

-Modus omnibus
In rebus, soror, est optumum habitu, nimia omnia
Nimium exhibent negotium ex se. Et pòst:
Et illud satius satis, quòd satis est habitus pluſquàm sat est. Architrenius lib. iiij. & lib. vij. hæc in nouos vestitus:

-Labor gemitum vomit intimus alta serenum
Pectoris in nubem premit indignatio vestis
Ambitione noua, nudaq; libidine cultus
Secula dissolui, veterum vilescit amictus.
Relligio, rerumq; placet petulantior vsus
Succumbunt antiqua nouis, circunfluit orbem

Luxuries,

Luxuries,morumq; viros infantia mollit.

Pacificus in Lucretia:

Veſtis erat vilis,ſed non immunda,decenſq;,
Quàm ſolet in vidua caſta tenere domo.

Liuius lib.iiij. Poſthumiam virginem Veſtalem incæſtus criminatam, ob ſuſpicionẽ amœnioris cultus, ingeniiq; quàm deceat virginem liberioris commemorat.Et idem in viij.Oroſius in iij. capit. ix. Hieronymus j. lib. aduerſus Iouinianum, Minutiam Veſtalem ſcribit,primò propter munditiorem iuſtò cultum infimulatam,facto iudicio viuam ſub terram, ad portam Collinam deſoſſam. Oportet enim per decentiam habitus extrinſeci morum intruſam honeſtatẽ oſtendere.cle.quoniam.de vita & hon. cleri. Arguit nempe exterior,vt ait Archithr.lib.iij.animum ſtatus,intimus extra Pingitur affectu. Paulus ad Timotheum ij.ſic inquit: Volo igitur orare conſimiliter mulieres in amictu modeſto,cùm verecundia,& caſtitate ornare ſemetipſas.Plutarchus de præceptis connubialibus, & in vita Liſandri hunc ſcribit tunicas ad filias à Dionyſio tyranno miſſas repudiaſſe, verius ne per has longè deformiores apparerent. Veſtimenta enim & huiuſmodi ornamẽta ſæpe adulterii cauſam præbent,vt etiam quæ ab amatore donatas induãt,aut quas è bonis mariti amotis emerint,ab agnatis affinibus habuiſſe deierent.Cato enim apud Liuium lib.iam citato,miſerum illum virum dicit qui exoratus,& qui non exoratus erit, cùm quid ipſe non dederit,datum tamen ab alio videbit. Geradata Spartanus, Plutarcho in Apopth.autore, interrogatus ab hoſpite, quid adulteri Lacedæmoni paterentur, cùm nullã ſuper hoc legem à Licurgo ſancitam comperiſſet,reſpondit nullum adulterum apud eos eſſe: illo ſubiiciente,Quonam pacto id Spartæ cõtingere poterit?vbi corporis ornamenta nullo ſint in honore.Dictũ hoc ſequens Camirii à Priſciano lib.viij.citatur: Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari. Sed ad priſcorũ theologorũ ſuper hac re commentationem diuertamus, quorum magis officium eſt id carpere. Baſilius ad Nazianzenũ de vita ſolitaria,veſtem eſſe ad carnis velamentum tam hyeme quam æſtate dicit,in qua floriditatem in colore perſequi minimè cõuenit, nec in confectione tenuitatem,ac mollitiem.Nam in veſtibus oculorum pulchritudinem circunſpicere, ſimile eſt fœminarum ornatui, quo vtentes flore alieno genas,capilloſq; ſuos inficiunt.Q.Septimus Florens Tertuliianus breue opuſculum de habitu muliebri poſteris dimiſit,

sit,in quo aurum,gemmas,purpuram mirè detestatus est.Scripsit etiam de cultu fœminarum aliud. Cæcilius etiam Cyprianus de habitu virginum tractatum reliquit, ex quo hæc: Continentia verò,& pudicitia nõ in sola carnis integritate cõsistit,sed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pudore. reliqua apud eum legere est. De ornatu virginum sic Fulgentius ad Probam: Virgo quæ ornatum corporeæ vestis affectat,animam suam virtutum splẽdore despoliat. Nec habet castitatem veram,quæ intuentibus parat illecebram, nec fidem seruat CHRISTO, quæ populo quærit magis placere quàm sponso. Consequenter autem necesse est, vt quæ humano conspectui concupiscẽtiam seminat,in diuino conspectu iracundiam metat: Qui enim seminat in carne sua, de carne metet corruptionem. De nimio cultu puellarum Ioan.Chrysost.hom.xxviij.in epist. Pauli ad Hebr. hom.viij.in epistola eiusdem j.ad Timoth.& Pontanus lib.ij. de amore cõiugali, & Matthæus Bossus ad Bessarionem de immoderato mulierum cultu repræhensoriam compilauit, in qua suæ tempestatis præclaras Italiæ fœminas memorat,quæ ornatu splendido caruerint: sed ad nostros regrediamur. Is enim iniuriarum non tenetur qui fœminam in non matronali vestitu appellauerit, vel ei comitem adduxerit, minus'ue peccare videtur qui virgines ancillari veste appellat, multominus fœminas meretrica veste indutas.l.item apud.§.si quis virgines.ff.de iniur.c. in audientia.de sent.exc.Percutiens clericũ in non habitu clericali,an sit excommunicatus? Panor.in c.si verò.de sent.excom. Plurimus in hac re fui longè lateq; spatiatus, verùm me longiorem oportuit esse, quandoquidem hac nostra tempestate in hac re longius latiusq; forsitan vltra quàm vnquam fuerit,peccetur.

¶Lappellante pour ses repliques disoit, que ses autres cousines, & parentes les portent bien telz, voyre plus grans:parquoy doncques par plus forte raison,elle qui mieulx le pouuoit faire quelles,les peult auoir, ne ny ha point dexces ne doultraiges, audictz habitz,quelque chose quon veuille dire. Et qui plus est, ny auoit si meschante morueuse qui ne les face faire plus excessifz & oultrageux la moytie. Parquoy ny auoit apparence dempeschement,

quelle

quelle ne les deuſt auoir. ¶ Aquoy leſdictz intimés pour leurs duplicques diſoyent que ſi les vnes veulent faire les folles, elle ne le deuroit pas pourtãt faire, & auſsi eulx qui en ont à garder, ne le ſouffriroyent point. Et ſe doibt lon tel cas gouuerner par lopinion des anciens, qui ont eſté au temps paſſé, leſquelz ſçauent bien que ceſt de telles choſes. ¶ Finablement parties ouyes elles ont eſté appoinctees en droict, & à mettre par deuers la court, & au conſeil, ce que bon leur ſembleroit. Si ha la court veu ledict proces auec ce quil falloit veoir, en ceſte matiere. Et tout veu la court met ladicte appellation & tout ce qui ha eſté appellé au neant, & ſans amende & deſpens, & pour cauſe. Et ordõne que les robbes, chapperons, & habitz dicelle dame ſeront viſitez par deux couſturiers, & deux pelletiers non ſuſpectz, ne fauoriſables à lune ny à lautre des parties, & auecques ce, que par leur rapport & viſitation, il y aura aucune choſe à redire, ou quilz ne ſeront aſſez paſſables ſelon le temps.

Expertis creditur.

HIS enim vt in arte peritis credendum eſt. (De medicis ſupra areſto ſecundo dictum eſt, quæ hic repetere ne in adagium, *Aliès nocíuè* & incidam non cenſui) arg. l. quoties. C. de naufrag. lib. xj. Menſori modum renuntianti toto tit. ff. ſi menſ. Tabulario qui tabulas computauit. arg. illius tit. & l. ſi. Agri menſori de finibus. c. iudicante. de præſcrip. & ſi pars fundi alluuione alteri fundo hæreſit arboſq; radices egerit ruſtico. Acc. in §. præterea. Inſtit. de rer. di. Architectis & mœchanicis quanto domus ædificetur. §. quòd autẽ. in auten. de non alie. reb. col. i). Obſtetricibus dicentibus quam grauidam. l. j. ff. de vend. inſp. l. cùm quidam. §. quòd dicitur. ff. de acquir. hære. & de virginitate. c. propoſuiſti. c. cauſam. de prob. c. fraternitatis. capit literæ. de frig. & malefi. & quanto res valeat. Bart. in l. rem maioris. C. de reſcin. vend. Anch. in c. quàm ſit. in priñ. de elect. in vj. Sidonius Apollinaris

linaris lib.viij.epiſ.ad Trigretium:Neq; enim iniuſtũ eſt credere experto.Cic.in Topica: Plerũq; creditur iis qui experti ſunt. & in oratione pro Corn.Balbo : Etenim ſi Q.Scæuola ille augur cùm de iure prædiario cõſuleretur homo iuris peritiſsimus conſultores ſuos nonnũquam ad Furium & Caſellium prædiatores reiiciebat. Sic nos de aqua noſtra Tuſculana M.Tugionẽ potius quàm C.Aquilium cõſulebamus, quòd aſsiduus vſus vni rei debitus,& ingenium,& artem ſæpe vincit.Plinius Attio Clementi:Vt enim de pictore,ſculptore,fictore niſi artifex iudicare, ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Eſt enim experientia rerum magiſtra.extrauag.j.de verbo.ſignific.Ioan. xxij.& ibi Genſel. Quando experti diſcordant, quibus ſtetur. Panor.in c.in noſtra.de teſt.

Experiẽtia rerum magiſtra.

Et à ceste cause il auoit deliberé, en soy mesmes, de laisser & abandonner du tout Amours, & de recouurer & gaigner le temps quil auoit perdu.

Tempus tacitè labitur.

TEMPVS enim tacitè, & eò velocius quàm perpendamus, dum bibimus, epulamur, dormimus, ociamur, nec vltrà reuertitur. Cicero in Catone maiore: Et horæ quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni, nec præteritũ tempus vnquam reuertitur, nec quid ſequatur, ſciri poteſt. Ouid. in x. Metamorph.

Labitur occultè, fallitq; volubilis ætas
Et nihil eſt annis velocius. Idem lib. v. Faſt.
Tempora labuntur, tacitisq; ſeneſcimus annis,
Et fugiunt fræno non reuocante dies. Michaël Varinus:
Tolle moras, volucres menſes, labuntur & anni:
Vltima ſic neſcis quando futura dies.
Hieronymus Balbus ad Iuliam:
Hora fugit volucris, celeri pede labitur ætas:
Lapſaq; non remeat. Fauſtinus Biturinus in Corycianis:
Labuntur volucres, & anni
Nec quæ tranſilit redibit hora.

Cuius quidem perditionẽ nemo recuperare poteſt, nec cuiuſq; rei maior iactura eſt. Vergil. in iij. Georg.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Theophraſtus, vti in eius vita ſcribit Laërtius, ſemper in ore illud habebat:

Sumptus pretioſiſsimus tempus eſt.

Zeno, vt idẽ autor eſt, dicebat nullius nos rei maiorem inopiam perpeti, quàm temporis. Et idem aiebat Nicolaus Horius in gratulatore: Et nil temporis perniciosius iactura. Fauſtus vna epiſtola diſſeruit. Et Stroza pater:

Tempore vix homini quicquam pretioſius illo,
Si rectis fruimur ſenſibus, eſſe poteſt.

Quod etſi cuique homini tale exiſtimari debet, tum præſertim viris literatis, & his qui ipſis literis operam dant, quum nullius ſciẽtiæ atq; artis finis ſit: tum etiã propter ipſarum diſciplinarũ communionẽ, & encyclopædiam: tum maximè iuriſperitis propter ipſius ſcientiæ, vt apud antiquos iuriſconſultos videre eſt, cùm cæteris concentum & conſenſum, ac illiusingentem voluminum ſtruem, qua nulla alia ſcientia magis premitur.

Combien quil ne ſeroit iamais, quil ne la louaſt & exaulçaſt: car certes tous biens en viennẽt. Et ne vauldra iamais rien vn hõme, quel quil ſoit, ſil na aucunement eſté amoureux en ſon temps.

SER

SERVIVS Honoratus in carmine illo: Ipse ego cana, &c. infamiæ genus fuisse iuuenibus Cretensibus, non fuisse vnquam amatos, scribit. Et Plinius in Panegyrico iucundissimum in rebus humanis amari, sed non minus amare esse ait: Horatius ad Neobulen: Miserarum est neque amori dare ludum. Plautus in Mercatore: Humanum amare est. Natura quidem, vt Barptholemæo pontifici Anto. Panormita. scribit, in amore procliues sumus. Et Baptista Mantuanus, nos insaniuisse omnes semel dicit: & ipsum cucullatum insaniuisse eius opera ostendunt. Longum foret, & magis laboris quàm ingenui scriptoris, tantùm etiam quorum memoria monimentis constat, hos qui exarserint commemorare. Quòd si tamen illorum cupido te detineat, ex his multos penes Fr. Petrarcham in Amoris triumpho, & Mariam Equicolam lib. v. & Polyphilum post triumphorum descriptionem, & Ioan. Menam in iij. ordine videre poteris. Hîc verò referre solum lubet illos, qui scriptis etiam populo suas ineptias patefecerint, quòd genus scriptorum, nec Græcos modo ac Latinos, nec vulgares omnes cuiusque nationis, verùm nec philosophos ipsos, qui sapientiam profitentur ipsam à quâ & ipsi nomen sumpserunt, qui diuitias, & corporis cruciatus, vt Stoici contemnunt, non præterit Antonius Iulianus apud Gellium lib. xix. ca. ix. in conuiuio Tusculano, quando iam decantata essent Anacreontis metra à Græcis plusculis lacessitus, infectatusq; est, quòd eius linguæ exercitationes doceret, quæ nullas voluptates, nullamque Veneris mulcedinem, ac musæ haberent. sed ad rem reuertamur, & ab ipso Platone diuino philosopho incipiamus, de cuius amore in Archænassam suprà dictum est, quàm adamasse & Agathonem Diogenes scribit, nunc verò infandos illius in pueros hoc autore amores commemoremus, de quibus etiam Gellius lib. xix. cap. xj. & Macrobius lib. ij. ca. ix. Saturna. eius hæc carmina esse dicuntur:

Amorum autores.

Plato.

Τὼ ψυχὼ ἀγαθῶνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἴσχον
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Quæ & alia Gell. licentius atque liberius vertit:

Dum semihulco suauio
Meum puellum suauior,
Dulcemq; florem, spiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima ægra & saucia
Cucurrit ad labias mihi,

Rictumque oris peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus
Vt transiliret, nititur.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi,
Amoris ignis percita
Transissset, & me liqueret:
Et mira prorsum res foret,
Vt ad me fierem mortuus;
Ad puerum intus viuerem: De eo Stroza pater:
Pectora quin etiam magni incaluere Platonis,

Meleager. Cuius tam celebri carmine notus amor. Meleager suis carminibus amores in Zenophilam testatus, cuius hoc epigramma transtulit Iacobus Constantius, cuius Lemma est, de simulachro amicæ, sibi donato:

Quis mihi Zenophilam formauit penè loquentem?
De tribus atque vnam quis tulit huc Charita?
Gratia in hoc opifex opere est gratissima, quando
Dona ferens ipsam das Charin in Charite.

Aristides. De Aristide sic Naso in ij. de Trist.

Vertit Aristidem Gisena, nec obfuit illi
Historiæ turpes inseruisse iocos.

Porcius Lucinius. Porcii Lucinii hosce refert versus Gellius lib. xix. cap. ix. eius & Pamphilæ amoris testes:

Dicere quum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quæram? membra labris abeunt,
Per pectus miserum, manat subitò mihi sudor,
Si tacitus, subidus, duplo ideò pereo. Item & alios:
Qui fabulam præfers Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus, hîc lucet pectore flamma satis.
Istam nec potis est vis sæua extinguere venti,
Aut imber cœlo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, nisi Venus ipsa,
Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

Caluus. Eodem loco idem meminit Valerii Aeditui, Memmii, Neuii, Cinnæ, Calui, qui Quintiliam coluit, inquientibus Propertio, & Ouidio. ille:

Hæc etiam docti confessa est pagina Calui
Cùm caneret miseræ funera Quintiliæ. hîc:

Profuit

Profuit exigui ſimilisque licentia Calui
Detexit variis qui ſua facta modis.
De Memmio, Tinda & Cinna hic. *Tinda.*
Quid referam Tindæ? & alibi: *Memmius.*
-Quid Memmi carmen apud quos
Nomen adeſt rebus nominibusque pudor.
Cinna quoq; his comes, Anſer, Cornificus, Cato, Metellus, Hor- *Cinna.*
tenſius, Seruius amauerunt, & amores ſuos cecinerunt, vt idem autor eo loco ait:
-Cinnaque procacior Anſer. *Anſer.*
Et leue Cornifici perque Catonis opus, *Cornificus.*
Et quorum libris modo diſsimulata per illos *Cato.*
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo. *Metellus.*
Is quo Phaſiacas Argon qui ducit in vndas
Non potuit Veneris furta tacere ſuæ.
Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Serui *Hortenſius.*
Carmina, qui dubitet nomina tanta ſequi. *Seruius.*
Hortenſii Gellius loco ſupradicto meminit. Horum nihil apud *Hortenſius.*
nos ſupereſt. Vergilius amauit Lydiam, de qua ipſe amator in *Vergilius.*
Diris: -Non vlla puella
Doctior in terris fuit ac formoſior: ac, ſi
Fabula non vana eſt, tauro, Ioue digna & auro.
Idem Phyllida, & Amaryllida Naſo,
Phyllidis hic teneræq; Amaryllidis ignes.
Bucolicis iuuenis luſerat antè modis.
Cornelius Gallus Cythereidem meretricem P. Volumnii liber- *Corn. Gallus.*
tam ſcribente in æglo. fina. Seruio, cuius amores libris quatuor exarauit, hanc ficto nomine Lycorida vocitauit, quæ eo ſpreto Antonium in Gallias proficiſcentem ſecuta eſt, quem ob hoc conſolatur Vergilius: Tua cura Lycoris Perq; niues alium, perq; horrida caſtra, ſecuta eſt. Propert. de ea ſic:
Et modo formoſa quàm multa Lycoride Gallus,
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.
Iuuenis Aquilinā qua non potitus eſt, vt ille fatetur, pòſt Candi- *Catullus.*
dam proſecutus. Catullus iudicio A. Gellii elegantiſsimus poëta-
rum Clodiā ſub Lesbiæ nomine dilexit, quòd indicat Ouidius:
Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe Catullo
Fœmina, cui falſum Lesbia nomen erat. De illa Propertius:
Hæc quoque laſciui cantarunt ſcripta Catulli
Lesbia queis ipſa notior eſt Helena.

Tibullus. Is etiam Ipsithillam amauit cultus Tibullus Deliam & Nemesim celebrauit: hanc autē alii proprio nomine Phaniam vocitatam fuisse dicunt. De qua ipse amator.

Vsque cano Nemesim sine qua versus mihi nullus:
Verba potest iustos aut recipere pedes. Martialis:

Vsit amatorem Nemesis lasciua Tibullum:
In tota iuuit quem nihil esse domo.

De ambabus Ouidius sic:

Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebit,
Altera cura recens, altera primus amor.

Propertius. Propertius Cynthiam & arsit, decantauitque: hæc vero nomine Hostia vocata est: de qua idem:

Cynthia quin etiam versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

Meminerat prius Catulli & cæterorū Martialis in Apophoretis:

Cynthia facundi carmen iuuenile Properti
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

Ouidius. Ouidius Corynnæ suæ & plurium amores commēdauit. De his verò hæc Martialis lib. viij. ad Instantium:

Cynthia te vatem fecit lasciue Properti,
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli,
Lesbia dictauit docte Catulle tibi.
Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corynna mihi, si quis Alexis erit.

Horatius. Horatius Lydiam & Chloēn decantauit. Ingens subsecuta est
Io. Pontanus. neotericorum turba, inter quos Ioannes Iouianus Pontanus, inter eos qui suas nequitias descripserunt inconstantior, nescio an ea Neapolitanorum natura sit, an Baiæ in causa sint, ad quas lasciuiæ causa, non è regno solum, sed ex omni Italia confluunt homines. Adamauit enim Fanniam etiam vxoratā, Gellianam, Medullianam, Phyrnem, Glyram, Cinnamam, Stellam, quibus omnibus nomina imposuit, vt carminibus suis facilior via daretur. Michaël Tarconita Marulus Philippi Beroaldi iunioris præconio satis laudatus, Neæram post Martis castra, inter sua epigrāmata celebrauit, solertiā Græcorū effigiatus, à quibus & ipse multa accōmodauit. De illa hoc eius tale epigramma est:

Marulus.

Salue nequitiæ meæ Neæra,
Mi passercule, mi albe turturille,
Meum mel, mea suauitas, meum cor,

Meum

Meum ſuauiolum, mei lepôres,
Te'ne viuere ego queam relicta?
Te'ne ego ſine regna, te ſine aurum
Aut meſſes Arabum velim beatas?
O' prius peream ipſe, regna, & aurum.

Hieronymus Angerianus amores ſuos luſit, canitq́; Cæliam, plura à Græcis, vt ille accepit, facilior tamé huius interpretatio eſt. *Hieronymus Angerianus.*

Eliſius Calentius ignes in Aurimpiam Phormianam ingenioſè & facili verſu deſcripſit, de qua ſic ille: *Eliſius Calentius.*

Dii voluere vt amem te. Aut impia, carminibus te
Perpetuam fieri dii voluere meis. Et alibi:
Fortunata pio mulier dilecta poëtæ,
Noſcere Caſtalias auſa puella deas.

Titus Stroza Anthiam celebrauit, quæ vt ait Hercules filius: *Titus Stroza.*

Anthia per Latium celeri volat, Anthia fama
Per Lybiæ Syrtes, perq́ue Othryos alta niuoſi. Et alibi:
Dum fluet Eridanus patriæ prope mœnia noſtræ,
Anthia nota mei voce parentis erit. Amores autem illius in Phylloroën commutauit, vbi iuuenem è domo illius exeuntem conſpexiſſet, vt his exprimit:
-Vbi nos malefida reliquit
Anthia, ſuccedit candida Phylloroë. Idem filius:
Poſt vbi falſa fidem, iurataq́ue numina læſit
Anthia, Phylloroë nullis ſubit illita fucis,
Moribus & facie magnis æquanda deabus.
Eo autore tale eſt eius epitaphium:
Qui legis hæc, legito ſummiſsius, excaue quæſo
Nympham vllo turbes, quæ cubat hîc, ſtrepitu.
Viuere credibile eſt, placidoq́; quieſcere ſomno
Phylloroën, quæ non digna mori fuerat.

Non caruit eodem furore filius, vt oſtendunt duo eius libri, in quibus in Cæliam inſanias patefecit, tametſi Taurellam duxerit. *Hercules Stroza.*

Ioan. Antonius Campanus Iteramni epiſcopus Dianam amauit, cuius formam epigrammatibus & elegiis celebrauit, dilexit etiam Syluiam, cuius tale eſt epitaphium: *Io. Antonius Campanus.*

Syluia formoſas inter referenda puellas
Hic iaceo, charo contumulata viro.
Campanus iacet hîc mecum, cui carminis artem
Et facile ingenium, materiamq́; dabam.
Vita duos olim tenuit concorditer vna.

Vna quoq; extinctos occulit vrna duos. Cecinit etiam Surianã, cui contingit, quod amanti euenire solet, vt dum plures amet, minus integrè. Sic etiam quum hic plures canat eas, tamẽ minus furiosè. Pamphilus Saxus Syluiæ suæ in epigrammatibus mentionem facit: prætereo illius in Lydum puerum nephãdos amores, quos tam aperto carmine fatetur. P. Faustus Andrelinus Liuiam deamauit, sub cuius nomine quatuor libris amores descripsit. Illius meminit Sabellicus de Reparatione linguæ Latinæ. Ioannes Baptista Pius Chlorim etiam vxoratam, vt ille ait, post Syluiam elegidiis decantauit, versu potius docto quàm facili, & affectato, vt est etiam in pedestri oratione. Hieronymus Balbus Iuliam mira facilitate cecinit. Philippus Beroaldus Pãthiæ suæ ardores paucis laudauit, magis ad carmen, si paulò in eo feruentius insudasset, quàm ad solutam orationem natus. Camillam coniugem pluries satis vxoriè laudauit.

Pamphilus Saxus.

P. Faustus Andrelinus.

Ioan. Baptista Pius.

Hieronymus Balbus.

Philippus Beroaldus.

De Panthia sic Quintianus:

Panthia defuncto cecidit tua forma Philippo
Iam tuus obscuris est amor in tenebris.

Lancinus Curtius originem à Romano Curtio repetens, duas vxoratus amauit, scilicet Luciam Monychinã sex lustris, quàm toties mortuam vt viuam coluisse fassus est: & Blancam Elysam, cuius concubitu se felicem dicit: hanc solam epigrammatibus paucis decorauit, illam verò & syluis: ambas tamen absque lepõre, licet ingenti opere. Philippus Vagnonus miles Hierosolymitanus, & aulicus Lunam non multis decantauit, occupatus ad saltus, & choreas describendas, vt sunt aulici & nobiles ad illarum actus detẽti. Pacificus Maximus hecatelegio amores descripsit suos. duas amauit, Hippolitã & Martiam, vt ipse in duobus suis epitaphiis testatus est:

Lancinus Curtius.

Philippus Vagnonus.

Pacificus Maximus.

Pacificus iacet hîc, genus est quod mortis? amauit
Hippolitam, causas hæc dedit, ille manus. Alterum est:
Pacificus iacet hîc gemino corruptus amore,
Quem, quas dilexit sustinuere mori.

Domicus Palladius Soranus amasiã Calliopeã non pluribus celebrauit, cuius tamen carmina nec Pallas: nec Calliope nihili faciẽt. Lydius Cattus iurisconsultus plura, etiam rhythmos in Lydiæ amores edidit, & eorum ordinariã litem, quum ille huic cor commodasset, vt basia duo suggeret intra paucos dies redditurum, quod illa calumniatur. Valerius Sermonetanus etiam iurisconsultus Portiã arsit: ambo tamẽ sine furore poëtico, ille tamẽ

Domicus Palladius Soranus

Lydius Cattus.

Valerius Sermonetanus.

doctior.

doctior. Franciscus Senanus Picam amicam paucis tam vulgaribus, quàm Latinis decoravit, tantùm enim abest vt inter poëtas recipiatur bonos, vt Musæ à picis superarentur. Insaniuit in Cytherim Barptolemæus Crottus presbyter non sine disidio, vt sunt semper illorum in focarias amores disidentes, quòd capitalibus illam prosecutus sit. M. Antonius Flaminius Septimilæ suæ furores paucis demonstrauit. Nicolaus Asclepius in epigrāmatibus Aeliæ amicæ parum & frigidæ meminit. Bernardinus Bocatius Annam incultis paucis celebrauit. Georgius Anselmus Nepos insolens amator xxxij. plures ue dilexit, quarum cathalogum referre longum esset, vnam tamen Peplin cæteris prætulit, Maryllæ licet basia magis affectauerit. Harum verò omnium ne quidem solam suis metris victuram existimo. L. Aurelius Augurellus Glycerem paucis cultisq; cecinit. Ioan. Rauisius Textor Damisellam suam celebrauit, quæ maiora in tempora victura erat, si huic non tam intempestiuum exitium fuisset. Caspar Velius Cinnamam, Candidam Gelasinam, Gallam supra tamen calorem poëticum, quòd Germanus, quas aliquot epigrāmatibus lusit. Salmonius Macrinus Gelonidē casto amore, vt decet vxorem cecinit, & eo honestius, quàm vt deceat corruptos amores, præcipuus ab Horatio, qui hoc genere carminum amores aliaq; descripserit, quem ego cum omnibus supradictis conferre velim, & multis anteferre. Fuere ex Italis plures qui rhythmis vulgaribus amores suos in publicum omnibus legendos emiserint, inter quos Fran. Petrarcha, is Lauram adamauit, viuam mirum immodum laudauit, mortuam verò amarè, flebiliter planxit. Ea enim fuit è oppido Grauesso, quòd Galliæ Narbonensis est. Alexander tamen Vellutellus natam Cabreriis affirmat, ex eius enim vulgaribus operibus plus laudis, apud suos consecutus, quàm ex omnibus suis Latinis apud omneis, vt palma à suis huic detur, etsi plures hunc in eo carminis genere præcesserint, neque vllus postea inuentus est, qui eum superauit, nedum æquauerit. quem etiam in eo carmine imitandum fore Augurellus censet. Antè eum Dantes Aagherus toto suo opere in Beatricē amores osten dit, maximus etiam inter suos. Cinus Siluagiam, Venturinus de Venturinis Flaminiam, Franciscus Ceius Clitiam celebrarunt. Fuerunt etiam ex his qui prosa vulgari id fecerint, inter quos verò doctior frater Franciscus Colona cognomento Polyphilus, qui Poliam suam illā omnium disciplinarū doctissimā interpretatricem, ac omnium artium officinā instructissimam exornat.

Franciscus Senanus.

Barptolemæus Crottus.

M. A. Flaminius.

Nic. Asclepius.

Ber. Bocatius.

Geor. Anselmus Nepos.

L. Aurelius Augurellus.

I. Rau. Textor.

Caspar Velius.

Salmonius Macrinus.

Franc. Petrarcha.

Dantes Aagherus.

Cinus.

Venturinus.

Franc. Ceius.

Frāciscus Colona cognomento Polyphilus.

nat. Hanc enim plurimis epithetis honeſtat, vocitatq; Chryſocomam, Iſotrichechryſiam, myropoliã, Iſochryſiam, diuigenã, miarchiatricem, gleneam, diocleam, calliphocamam, xanthothricam, eutrapelelam, ſoſpitatricem, prophileam, coſmodeam, vrotiothiam, pyrrothricam, polyzelam, abrodietam, acrocomam, callitricam, animæ ſuæ dulcem laniſtam, philaretam, eupathiam, de qua ſic Andreas Maro:

O quàm de cunctis fœlix mortalibus vna es
Polia, quæ viuis mortua ſed melius:
Te dum Poliphilus ſomno iacet obrutus alto
Peruigilare facit docta per ora virum.

Iac. Cauiceus. Iacobus Cauiceus ob Geneuram ærumnas, diuerſarũ regionum luſtrationes, & ægros labores, doloresq;, infernorum aditus, vt rectè peregrinus vocitatus ſit, vno opere perſcripſit. Sunt & aliorum vulgarium autorum opera amatoria, vt Franciſci Barberini, Ioannis Lupi, Senuncii, Bimicii, Franciſchini Biſii, Reminucii, Guidonis Caualcanti, Seraphini. Nulla enim gens frequentior, procliuior ad deſcribendum amores, quàm Hiſpanorum. Omnes enim illorum bibliothecæ his libris refertæ ſunt, quos cõpitatim & per pergulas venales exponunt, ſcatent omnes villancicis amatoriis. In his enim exercẽt illorum idioma, quòd romanſum vocant, vt ex eo plus honoris conſequi arbitrentur, quàm ex lingua Latina. ſic itaq; fit vt pauci Latini apud eos ſint,

Ioannes à Mena. eorum tamẽ præcipuus poẽta Ioannes à Mena in ordine. iij. qui Veneri inſcriptus eſt, vnum tantum amatorem Hiſpanum videlicet Maciam refert, etſi nulla alia gens ad amores velocior ſit. De amore Græcorũ monimenta plena fuerunt. Alceus, & Anacreon autore Cicerone in iij. q. Tuſcul. de amore libros ſcripſerunt, philoſophi plures. Simon & Athenienſis Speuſippus vnum, Xenocrates duos, Demetrius Phalereus vnum, Ariſtoteles vnũ, Theophraſtus aliud. Heraclides Põticus, Antiſthenes Athenienſis, Diogenes, Zeno Stoicus, Ariſto Cleantes, Spherus dialogos amatorios & Epicurus, vt in illorum vitis ſcribit Laërtius, & Italice Maria Aequiloca. Omnes enim regiones Cupidinis aculeos ſenſerunt, variè tamen. Amant enim Itali deſperatè: huius rei teſtes ſunt deſperatæ ab his memoriæ mandatæ: inſaniunt ſæpe, vt ſeſe homines neſciant, & nihil inauſum pro amica relinquunt. Hiſpani lamentabiliter deamant. Solis enim cantilenis, & ſuſpiriis amicas flectunt, cùm quibus ad fores pernoctant, nullis muneribus proſequuntur. Ea enim gens omnium auariſsima eſt, fingunt

gunt omnia. Germani & Britanni, & quicquid reliquũ Septentrionis est ob soli cœliq; intemperiem non ita feruenter amant: amoris verò ignis vis frigore minuitur. Solis Gallis verus inest cum comitate, pulchritudine, muneribus, ac elegantia amor.

Mais il en y ha les vns plus malheureux que les autres. Et quant est des mauuaises taches & melancolies quon luy mettoit sus: & aussi de ce quon disoit quil estoit songeard & melancolieux, respõdit quil falloit que la maladie print son cours. Et que maintenant il ne sçauoit prẽdre plaisir, sinon à estre tout seul pour contempler le temps passé, & celuy qui viendra. Et ne vouloit plus ouyr parler Damours: car ceste chose contraire à ceulx qui sen veulent oster. Mais au surplus il remercyoit sadicte dame treshaultement de la bonne voulenté quelle auoit deuers luy, en requerant à la court congé, & licence de le laisser departir Damours. ¶ Mais sadicte dame disoit en replicquant, quil nen deuoit point auoir: & que la court qui est souueraine y deuoit pourueoir, veu quil estoit digne dexaulcervne fois la foy Damours, pour les grans biens qui estoyent en luy: & ne falloit point quil se souciast dargent, ne de biens du monde: car sil viuoit, & Dieu luy donnast santé, il nen auroit que trop: aussi nestoit il pas encores en aage de se chagriner, & en y auoit bien dautres qui se soucient pour luy. Disoit oultre sadicte dame, que le fondement de la pensee de luy nestoit que vne fantasie, & quil y auoit danger, veu sa complexion quil ne luy en fust du pis. ¶ Mais ledict amoureux disoit pour ses duplicques quil ne luy challoit plus de rien. Et aymoit autant mourir que viure, veu que tant plus on va en auant en ce

monde,

mõde,tant plus y ha lon de peine. Disoit oultre quil vouldroit bien estre ioyeulx, mais personne qui vient à soing ne le peult estre. Brief vouldroit ia estre en paradis:car quand il luy souuient des ioyes, & des grans follies du temps passé il na point de ioye ne de bien, ny ne se peult tenir de plorer. ¶ Ouyes lesquelles parties en tout se quelles ont voulu dire & proposer,elles ont esté appointees en droict,& au conseil. Si ha la court veu finablement ledict proces bien au long, auec tout ce quil falloit veoir en ceste matiere. Et tout veu & considere, la court ordonne,que ledict amoureux sera mis aux herbes,& tenu de demourer aux iardins cõme poure prisonnier,par lespace dun moys,à fin quilvoye toutes les belles fleurs & verdure pour le resiouyr.

Hortus delectat.

DELECTAT enim hortus. Vergil.in hortulo:
Oblectat hortus,auocat,pascit,tenet.
Animoq; mœsto demit languores graues,
Membris vigorem reddit,& visus capit.
Martialis in ij.de villa Faustini:
Exercet hilares facilis hortus vmbras.
Cicero in Catone maiore: Nec verò segetibus solum, & pratis, & vineis,& arbustis res rusticæ læte sunt,sed pomariis & hortis.

Et luy deffend ladicte court toutes compaignies melencolieuses,de se pourmener seul,& de se fantasier tout à par luy.

Soli tristes.

TRISTIS enim,veluti scribit in ij.de Rem.amo. Ouidius, eris,si solus eris. Seneca lib.j.epist.epist.x. Crates Stilponis auditor cùm vidisset adolescẽtulum secretò ambulantem,inrerrogauit, quid illic solus faceret: Mecum, inquit, loquor.cui Crates, Caue,inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentem timentemq; custodire solemus, ne solitudine malè vtatur: nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant, tunc aut aliis,aut ipsis futura pericula

pericula ſtruunt, tunc cupiditates improbas ordinant, tunc quicquid aut metu, aut pudore animus celabat exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam inſtigat. hæc ille : quæ quamuis oblonga ſint, transferenda ideo non diſtuli, quòd applicite ad hunc locum facerent. Audiamus etiam Eccleſiaſtem c. iiij. Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. Habet enim emolumentum ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Ve ſoli, quia quum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe : & ſi dormierint duo, fouebuntur mutuo : vnus quomodo calefiet ? Et ſi quiſpiam præualuerit cõtra vnum, duo reſiſtent ei, funiculus triplex difficilè rumpitur. Nam etiam ſolitariæ manus inualida pugna eſt, vt concinnius ſcripſit Euripides in Heraclidis,

Μίας γὰς χειρὸς ἀσθενοῦς μάχη.

Mais ordonne & appointe que ladicte dame par maniere de prouiſion laccompaignera & ſera auec luy pour paſſer le temps du long dudict moys, & iuſques à ce quil ſoit guery & remis en ſon premier eſtat. Et laquelle dame ſera tenue de le pẽſer, ſi quon ne luy parle que de toute ioyeuſeté, & luy feront oſter tous liures.

ARISTOTELES lib. xxx. Probl. à principio omneis homines qui ingenio claruerint, quiq; vel in ſtudiis philoſophiæ, vel pangendis carminibus, & cæteris ſtudiis, & artibus ſeſe excitarint, melancholicos fuiſſe aſſerit, *Studioſi melancholici.*

Et toutes choſes melencolieuſes, faiſant mention dargent, & de richeſſe, à fin quil ny ayt plus le cueur.

LE XLI. ARREST.

Proces dun amoureux demandeur, le procureur Damours ioinct auec luy en matiere dexces contre vn ſien compaignon, auquel il declaira ſon ſecret : moyennant lequel la trahy & mys en male grace de ſamye, dont il ha eu le bon.

En la

N la court de ceans ſeſt aſsis vn proces entre vn poure amant reffuſé en cas dexces, & le procureur general Damours adioinct auecques la dame dune part, & vn ſien compaignon amoureux comme luy dautre part deffendeur. Et diſoit ledict demandeur quil auoit tout temps eu grande familiarité, & ſocieté auec ledict deffendeur, & luy auoit faict pluſieurs plaiſirs: & ſi eſtoit vray que pour la grande fiance quil auoit en luy, il ſeſtoit deſcouuert à luy dune partie de ſes ſecretz.

Amicis ſecreta panduntur.

AMICIS ſecreta panduntur, quòd dulce his eſt. Cicer. de Amicit. Quid dulcius, quàm habere cum quo omnia audeas ſic loqui vt tecum? Plautus in Pœnulo:

Decipitur nemo quidem mea ſententia,
Qui ſuis amicis narrat res ſuas.

Et Seneca de Tranquillitate vitæ: Nihil tam oblectauerit animum, quàm amicitia fidelis: quantum bonum eſt vbi præparata pectora, in quo tutum ſecreto omne deſcendat, quorum conſcientiam, minus quàm tuam timeas: quorum ſermo ſollicitudinem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas iuſtitiam diſſipet, conſpectus ipſe delectet. Ouidius:

Semper habe Pyladem aliquem, qui curet Oreſtem,
Hic quoque amicitiæ non leuis vſus erit.

Lucianus in Toxari omnem inter ſe communicare fortunam amicos præcipit.

Et des biens & maulx quil auoit gaigné en Amours, & bien ſouuent luy racomptoit priuement de ſes fortunes, & luy touchoit de loing de ſa dame qui tant eſtoit ſaige & prudente: & comment il eſtoit bien tenu à Dieu de lauoir ainſi pourueu: leſquelles choſes ledict deffendeur eſcoutoit & en louoit ledict demãdeur, & luy faiſoit le beau beau, en le reconfortant quand il le veoit deſplaiſant, &

meſmes

meſmes luy offroit & cueur, & corps, ſa cheuance, & ſes biens : mais il ne le faiſoit ſinon pour ſçauoir qui eſtoit ſadicte dame, & hayr en apres, comme il ha bien monſtré.

QVALES inimici familiares cenſendi ſunt, habetur in c.j. xciij.diſtin. Qui corpore videntur eſſe nobiſcum, mente tamen & animo contra nos ſunt : multò nequiores hoſtes ij, quàm illi qui foris ſunt. Ii enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica ſunt, gerunt. Nullus præterea deterior, quàm fictus amicus: Non odium grauius, quàm ſimulatus amor. Ioan. in d.c.j. Nulla inſu per peſtis efficacior ad nocendum, quàm inimicus familiaris, ſicuti Cicero in L. Catilinam inuect. v. ait, & tranſcripſit Boët. in iij. Conſol. phil. & Accur. in l.j. ff. ad Silleia. & in l. data. C. de donat. Io. in d.c.j. Mus enim in pera, ignis in ſinu, ſerpés in gremio, malè ſuos remunerant hoſpites. c. & ſi Iudæos. de Iud. §. itē præcipit. xiij.q.j. Plaut. in Bacch.

Inimicus familiaris.

Multi more iſto, atq; exemplo viuunt, quos cùm cenſeas
Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis:
Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. Id eſt, friuola, vt ait N. Marcel. ſiue infirma, & tenui, vt docet F. Pomp. Terētius autem in Heauton. Contumeliam eſſe, hominem amicum recipere ad ſe, & eius amicam ſubagitare, deſcribit.

Car depuis quil ha ſceu, quelle eſtoit, il na ceſſé iuſques à tant quil ayt euē laccointāce dellè, & quil ayt faict bailler le bon : ce quil neuſt iamais cuidé, tant le ſentoit ſon ſingulier amy. Pour à laquelle choſe paruenir ha celuy amant deffendeur, qui ſçauoit tous les ſecretz & moyēs dudict amāt cōplaignāt, trouué façon et maniere de parler à vn moyne, par qui les bonnes beſongnes ſont faictes, & ha tant faict par dons, & promeſſes illicites, qui en Amours ſont deffendues, que ledict moyne, et luy, ont compilé vnes faulſes lettres cloſes, au nom du dict poure galād cōplaignāt, lequel nen ſçauoit riē.

QVAESTIONIS eſt in l. Titio. ff. ad munic. quid commi-

Nomen radẽs, & suum inscribens qua pœna tencatur.

fisset is, qui alterius nomẽ incidit, suum verò inscripsit: quæ etsi à Modestino proposita, nequaquam tamen incuria, quin potius iniuria illius qui libros doctissimorum iurisconsultorum in hæc fragmenta redegerit decisa. Bart. tamen ex c. j. ff. ad leg. Cor. de fal. quod optimum est ad hanc speciem, huius vices supplens fal sum committere dicit, idem simile arbitratur in eo qui tabellas deferendas, cui susceperat, non reddit.

Et par lesquelles estoit contenu, que ledict amãt demandeur mandoit à sadicte dame, quelle nestoit pas telle, cõme il cuydoit. Et quil sapperceuoit bien maintenant, quelle auoit failly, en la menaçant, & disant plusieurs iniures, & parolles, q̃ iamais le poure amãt nauoit pensees: aincois eust mieulx aymé estre mis en pieces, que lauoir songé et dict mal delle: ausi eust il esté bien trahistre, veu q̃ tous les biẽs quil auoit, venoyẽt delle. Or que faict ce moyne cy, il sen vient par deuers ladicte dame, & nest pas contẽt de porter, et bailler lesdictes lettres faulses, mais soubz vmbre de ce que lon dict, q̃lles contenoyent creance, il dict les plus terribles choses à ceste femme, que lon sçauroit imaginer. Et tellement, que quand elle les ouyt, elle, adioustant foy à ce que ledict moyne disoit, commẽça à soy pasmer, & tomber à terre, comme toute esuanouye.

Amor credula res est.

CREDVLAE enim sunt mulieres præsertim quæ amãt. Credula enim res est amor, vt inquit Ouid. in vij. Metamorph.

Dont depuis elle ha esté fort malade: mais le dessusdict, non cõtent de ce, ha tant faict par subtilz & estranges moyẽs, que ledict deffendeur est entré en grace, & quil ha baillé le bon au poure hõme, qui tant auoit eu de peine à soy aduancer, & deseruir la grace de ladicte dame. En commettãt bien grande trahison, veu les plaisirs quil luy auoit faicts, et quil

estoit

eſtoit ſon cõpaignõ. Et en effect, quãd ce poure hõme, q̃ ha touſiours ſon cueur enuers ladicte dame, & ne len peult oſter, viẽt vers elle, ainſi q̃l auoit accouſtumé, elle luy tourne le dos, en rechignãt; & le mauldict, et puis le menaſſe de luy porter dõmaige en corps, & en biẽs. En luy diſant plainemẽt, quelle aymeroit mieulx q̃l fuſt ars, & bruslé, q̃lle luy feiſt vn ſeul plaiſir. Ainſi voyla la maniere, cõme ce poure amãt ha eſté traicté. Et ſil ha biẽ du mal à cauſe de ladicte trahiſon, encores ha il plus de martyre la moytié, de ce q̃ le deffendeur eſt aduãcé pour faire mal: & q̃ luy & ladicte dame, q̃ ſont ainſi alliés enſemble, ſe mocquẽt de luy, quãd il paſſe par deuãt eulx, en luy iettãt de gros lardons, & tirãt la lãgue en derriere: parquoy il ſeſt retiré par deuers ladicte court de ceans, & ha obtenu lettres, par vertu deſq̃lles, informatiõs ont eſté faictes touchãt ledict cas. Leſquelles, auec leſdictes lettres cloſes, ont eſté apportees deuers ladicte court. Et depuis ha eſté baillé cõmiſsion de prẽdre au corps ledict amant deffendeur, quon ne peult trouuer, car il eſt en franchiſe.

ET ſic ſuſpitio erat contra eũ propter fugã: ſi antequàm accuſetur, aufugiat, ſecus ſi poſt. Bar. in l. j. de bon. co. Fuga autem quãdo plenè, vel ſemiplenè probet. Bart. in l. admonẽdi. col. vj. ff. de iureiur. in l. impuberibus. §. præterea. ff. de ſuſ. tut. & in l. lege. ff. ad ſyl. ut ſequitur, diſtinguit: vt nõ antè probet, niſi ipſum delictũ, vt in fugitiuo, transfuga, & deſertore fuga ſit, qua verò probata, probatur & delictum. Si verò obiiciatur in alterius criminis probationẽ, cuius ſuſpitio crimẽ ſit, vel in tutore, tunc fuga plene probabit. d. § præterea. vbi autẽ plena requiritur probatio, fuga nec plenè, nec ſemiplene probabit. l. j. §. finautem. C. de rap. virg. præſumptionem tamẽ non euitabit. Contumax autem ſuſpectus eſt. d. §. præterea. & ſequen. *Fuga an probet.*

Si ha eſté adiourné à cõparoir en perſonne en la

dicte court, dedans trois briefz iours, en laquelle il neſt daigné venir, ne cõparoir: ains ſeſt laiſſé cheoir & mettre en quatre deffaultz: au moyẽ deſquelz le dict demãdeur, & ledict procureur general ont baillé leurs demãdes & cõcluſions, q̃ au moyẽ diceulx ilz requierẽt leur eſtre faictes & adiugees, qui ſont bien grãdes, tendãs à grãde reparation hõnorable, & proffitable, ainſi q̃ en icelles eſt plus à plein conte nu, & declairé. ¶ Si ha la court finablemẽt veu leſdictes charges & informations, auec leſdicts deffaultz bien cõtinués, & entretenus, enſemble leſdictes demãdes, & concluſions ſur ce faictes. Et tout veu & conſideré, la court, au moyen deſdicts quatre deffaultz, adiuge audict demandeur tel proffit que ſenſuyt: ceſt à ſçauoir, Quelle tient & repute ledict amoureux deffendeur attaint, et cõuaincu, des cas à luy impoſés & declairés: et tous ſes biẽs meubles & immeubles confiſqués à Amours.

Annotatio. CVM abſenti reo grauia crimina intentantur, ſententia feſtinari nõ ſolet, ſed annotari, vt requiratur, non vtiq; ad pœnã, verùm vt poteſtas ei ſit purgandi ſe, ſi poterit. l. j. ff. & C. de req. re. Neq; enim inaudita cauſa, quenquã damnari æquitatis ratio patitur. d. l. j. Vbi verò quis annotatus ſit, debet magiſtratus mit tere ad eos, aut ad magiſtratum vbi conſiſtunt. d. l. j. §. præſides. in qua Bar. ff. §. ſi verò cognoſcitur. in aut. vt nul. iud. col. ix. Facta autem requiſitione, ſi intra annum requiſitus redierit, ſi ſe crimine abluerit, res arbitrio iudicis ſignatas recuperabit. d. l. j. ff. & C. vbi. Accur. Bar. in l. diuus. ff. de cuſt. reo. qui annus computandus erit, ex quo annotatio facta eſt edicto vel etiam literis ad magiſtratum miſsis publicè innotuit. l. annus. ff. eo. Quòd ſi infra annum non redierit, neque habeat qui ſe defendat, poſt annum verò eius bona in fiſcum cogentur. l. ij. ff. & C. eodem. l. fina. ff. eodem. Ber. in c. veritatis. de dolo & contu. Nec ea recuperabit, ſi exacto illo tempore & venerit, & ſe purgauerit. l. ſecunda. C. eodem. Accur. in l. fina. ff. eodem. Et non tantum facultates

cultates perdit, verùm existimatio læditur. l. fina. C. eodem. Si verò fiscus non occupauerit bona, reus, vel heredes contra eum. xx. annis vsurpabunt. l. ij. ff. eodem. l. j. ff. de iure fis. Si verò infra annum annotatus moriatur, eius bona ad successores transmittantur. l. j. ff. eodem. Est enim annotare bona describere. Accur. in l. j. C. eod. Bart. in l. j. ff. eod. Bona autem mobilia quæ intra annum, vel medio tempore deteriora futura sunt, vendi poterunt. l. fina. vbi Bar. ff. de requi. reis. l. diuus. §. fi. ff. de peti. hære. l. inter. ff. de adminis. tut. l. impuberibus. §. præterea. ff. de susp. tuto. §. si quis tutor. Instit. de suspect. tuto. l. lex. §. iam. C. de adminis. tut. *Annotare.*

Et auec ce ordonne, que lesdictes lettres closes, ainsi enuoyees au nom dudict poure amant demãdeur, seront dessirees, & canselees en iugemẽt, comme faulses. Et quil sera, nonobstãt icelles, et les mauuais rapports qui ont esté faicts de sa personne à sadicte dame, remis, reintegré, & restitué en la grace delle, comme deuant. Et en oultre, condamne ledict deffendeur à faire amende honnorable, en la court de ceans, & deuant lhuys de la dame, auec vne torche ardãte en sa main, teste nue, & sans ceinture, en disant, que faulsemẽt & mauuaisemẽt, & autremẽt que à poinct, il ha trahy, & deceu le demãdeur son cõpaignon, & faict bailler le bon, quil sen repẽt, & en crie mercy à luy. Et pour lamende proffitable, dommaiges, & interest, le condãne en la somme de mille liures, qui sera prinse sur ses biens, auãt toute confiscation, & à tenir prison iusques à plein payement, & es despens desdictz deffaultz. Au regard du moyne, qui estoit participãt de ladicte trahison, qui ha porté lesdictes faulses lettres, la court ordonne, veu lenormité du cas, quil sera prins en lieu sainct, & dehors, ou là ou on le pourra trouuer, pour estre amené en la court de ceans.

Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.

FACIENTES & consentientes par pœna constringit. ca. s. de offic. & potest. iud. deleg. c. notum. ij. q. j. c. omnes. xvij. q. iiij. Consilii tamen in omnibus præter quàm in delictis etiam fraudulenti nulla obligatio est, ni dolus & calliditas intercesserint. l. consilii. ff. de reg. iur. c. nullus. eo. in vj. Commune nanque dictum est: Malum consilium cõsultori pessimum. cùm sit liberum cuiq; apud se explorare, an expediat sibi consilium. l. ij. §. fin. ff. manda. In delictis vt lucidior, clariorq; sit hæc materia quatuor cõsensus ponit Ber. in d. c. j. quem sequitur Pan. Io. vero treis in d. c. notum. aliter Accurs. in l. qui seruo. ff. de furt: & in l. sæpe. ff. de verb. sig. aliter Dyn. & presules in d. c. nullus. Consulentem & consciũm & quidem extraneum, non indicantem in parricidio acrius puniunt leges, hoc crimen vt immanè execrantes. l. ij. l. vtrum. & seq. Ad l. Pomp. de parri. §. alia. Instit. de pub. iud. Qui seruo, filio'ue aut vxori suasit odiosior, inuisiorq; est. l. si quis vxori. §. neque. ff. de furt. §. hi qui. Instit. de obl. quæ ex del. toto tit. ff. de ser. corr. in clericis id etiam est. c. de puellis. xxxvj. q. ij. c. facientes. lxxxvj. dist. d. c. omnes. Leuius tamen cum consulente, quàm faciente agitur. Pan. in c. sicut dignum. col. ij. ff. de homic. Aliud de mandato aliter de consilio erit, de quorum primo Barto. in l. non solum. §. si mandato. l. sed si vnius. §. seruus. ff. de iniur. Pan. in c. mulieres. de senten. excommun.

Et au surplus deffend la court vne fois pour toutes à dames, damoyselles, bourgeoyses, & autres de quelque estat quelles soyent, que des choses qui peuuent toucher Amours, ou la dependence, elles ne facent leurs ambassades, & messages par moynes, si elles ne veulent estre deceues. Et oultrè plus leur enioinct expressement, que si dauenture à lyssue du leuer du lict de prime face, elles en rencontroyent en la rue à iour perilleux, le premier iour de May, & autres, que de celle heure elles sen retournent coucher, car cest mal encontre.

Obuiare animali.

OBVIARE alicui animali bono, malo'ue, omini esse antiqui putarunt, erga quæ etiam & similia auguria captabant.

Plautus in Sticho:

Auspicio huc hodie ego optimo exiui foras,

Mustella

Mustella murem mihi abstulit præter pedes.

LE XLII. ARREST.

Six, ou huict varletz cordoanniers se sont plainctz, de ce quil leur fault faire les soulliers aux amoureux autrement quilz nauoyent accoustumé de faire.

IL y ha six, ou huict varletz cordoāniers qui se sont plainctz en la court de ceās: de ce quil fault maintenant mettre aux poinctes des soulliers quon faict, trop de bourre. Disans, quilz sont trop greués, & quilz ne pourroyent fournir les compaignons, ny continuer ceste charge, silz nen auoyent plus grandz gaiges, quilz nauoyent accoustumé, attendu que le cuyr est cher, & que lesdictes poullaines sont plus fortes à faire quilz ne souloyent. ¶ Si ha la court faict faire information, & rapport du profit, & dōmage, quilz en ont, & pourroyent auoir. Et tout veu & consideré, ce quil falloit considerer. La court dict, que lesdictz cordoanniers feront lesdictes pollaines grosses, & menues, à lappetit des compaignons, suyuant ledict seruice Damours, sur peine damende arbitraire.

LE XLIII. ARREST.

Trois compaignons Damours se complaignent contre trois dames, en cas de saisine & nouuelleté, de ce quelles entreprénent plusieurs choses, qui seulement appartiénent aux hommes. & non aux femmes.

EN la court de ceans sest assis vn proces entre trois compaignons Damours demandeurs, & complaignans en cas de saisine, & nouuelleté dune part: & trois belles dames deffenderesses, & oppousantes dautre

part: Et disoyent lesdictz demandeurs, que quand Amours ordõna faire alliance dhomme, & femme ensemble, il bailla à chascun endroict soy sa domination. Et voulut que les hommes allassent au dessus des femmes, comme raison estoit. Et si leur octroya autres grandes prerogatiues, que les dames nont point, dont nest de present question.

Mulier subiecta uiro.

MVLIERES viris subiectæ sunt. non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro: neq; etiam creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Pau. ad Corint. xj. & ad Ephe. v. Vxores propriis viris subditæ sint, sicut domino, quoniam vir est caput vxoris. Quemadmodum verò CHRISTVS est caput ecclesiæ, & idem est qui salutem corpori dat: & quemadmodum ecclesia subdita est CHRISTO, ita & mulieres viris suis subditæ sint in omnibus. Idem ad Colloss. iij. & ad Timo. ij. Cæterùm mulieri non permitto autoritatẽ vsurpare in viros. Et ad Titum ij. Petrus epist. j. c. iij. Mulier ideo velare debet caput suum, quia non est gloria, aut imago Dei. c. hæc imago. c. mulier. xxx. q. v. Quæ ideo velat, vt ostendatur viro subiecta, quia præuaricatio per illam inchoata est. d. c. mulier. & DEVS Euæ dicit: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. c. iij. Genes. quòd retulit Irenæus lib. iij. c. xxxv. aduersus hæreses. Iosephus cõtra Appionem lib. ij. inter leges Dei hanc esse dicit, his verbis Ruffino interprete: Mulier autem infirmior est viro, per omnia obedit, igitur non ad iniuriã, sed vt sit sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Firmianus de opificio Dei. c. xij. hæc: Plus roboris maribus attributum est, quò facilius ad patientiam iugi maritalis fœminæ cogerẽtur. Vir itaq; nominatus est, quòd maior in eo vis est, quàm fœminæ, & hinc virtus nomẽ accipit. item mulier (vt Varro interpretatur) à mollicie est dicta, immutata, & detracta litera, velut molier. Et comã quam ad subiectionis memoriã mulieri Deus dedit, amputare anathema est. c. ij. xxx. dist. Net habet mulier sui corporis potestatẽ. c. nõ debet. de cõsang. & affini. Nubẽtes enim cœlibari hasta, vt Festus prodidit, comebãtur, quę in corpore gladiatoris obiecti & occisi stetisset, quòd iure nuptiali imperio viri subiiciatur nubens, quòd hasta summa armorũ & imperii sit. Plau. in Menæhmo: -Apud te seruire tibi Postulas viros? dare illi opera pensum postules,

Inter

Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere.
Hæc ironicè prolata sunt à sene filiam alloquente cum viro iratam. Ausonius in monosyllabis:
Sexus vterque potens, sed prævalet imperio mas.
Claudianus in Eutropium:
Nascitur ad fructum mulier prolemq; futuram,
Hoc genus inuentum est vt seruiat.
Vergilius in primo Aeneidos dum dicit, Didonem gentes frænare superbas, tria in muliere exponit miracula. vbi Donatus naturam, studiumq; parendi viris denegat. Maior præterea dignitas, vt Vlpianus ait, in sexu virili est. l. j. ff. de sena. Hac autem ratione cõsuetudine per Gallias generali mulieres, etsi patrem habeant, in viri nihilominus manu sunt. Et quãuis mulier iure antiquo perpetua cõtineretur tutela, vt scribit Boëtius lib. ij. & iiij. in commẽtariis in Topicam Ciceronis, si tamen in viri manum conueniisset, recedebat à tutoris potestate. An autẽ hæc facto vera sunt, sciunt qui cum mulieribus negociũ habent. Non tãtum in solis hominibus hoc verum est, verum in omni animantium genere: sicuti é Platone lib. iij. Laërtius, Aristoteles lib. ix. histo. Anim. Plinius lib. viij. scribũt excepta pãthera, & vrsa. Philostratus tamẽ lib. ij. in vita Apol. in panthera contrarium affirmat.

Et fut vray, que il permit aux amoureux faire cent mille menues choses, quil nappartient à faire aux dames.

Mulierum lex durior.

DVRIORE enim lege viuunt mulieres, quàm viri. Plautus in Mercatore:
Ecastor lege dura viuunt mulieres,
Multoque iniquiore miseræ quàm viri.
Nam si vir scortum duxit clam vxorem suam,
Id si resciuit vxor, impunè est viro.
Vxor viro si clàm domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Vtinam lex esset eadem, quæ vxori est, viro:
Nam vxor contenta est, quæ bona est, vno viro:
Quî minus vir vna vxore contentus siet?
Ecastor faxim si itidem plectantur viri.

Mulieres castiores viris debent esse.

Plura ibi ad hanc rem. Quòd autem mulieres viris castiores esse debeant, multa ex iurisperitis nostris adduci possunt, quæ nunc prætereo.

Cõme de eulx veſtir court, aller deceinct parmy la ville, porter botte fauue au pied dextre, ou ſeneſtre, tenir vn petit baſtõ en la main, ſans ce quil ſoit baillé ny octroyé aux dames dentreprẽdre ſur leur droictz. Mais ce nõobſtãt icelles trois dames deffen dereſſes de leur autorité indeue auoyent porté, & portoyent botte fauue à leur deuiſe. Et auec ce faiſoyent fermer leurs ſoulliers deſguillettes verdes, & par dedãs entrelaſſés de rubis & diamãs. Vouloyẽt auſsi porter leurs gans au coſté, le petit baſtõ en la main, & la robbe courte à cheuaucher. Et pluſieurs autres nouuelletés, au p̃iudice deſdictz demãdeurs les troublant, & empeſchãt à tort ſans cauſe, indeue mẽt, & de nouueau les troublãt en leur poſſeſsiõ & ſaiſine. Parquoy auoyẽt obtenu ladicte cõplaincte. Et cõcluoyent tous pertinẽment en ceſte matiere de nouuelleté: & en cas de delay demãdoyẽt la recreance. ¶ De la partie deſdictes dames fut deffẽdu au cõtraire. Et diſoyẽt q̃ Amour en faiſant la diuiſiõ des ioyes mondaines, pour auãtager les dames, voulut quelles euſſent ſeigneurie, & domination ſur les hõmes. Et en ſigne de ce ordõna quilz ſeroyẽt req̃rãs, & demandeurs. Et les dames deffendereſſes, en leur octroyant pouuoir & autorité de refuſer, octroyer, denier, ou eſcondire, ainſi que bon leur ſembleroit. Et ainſi donc, tout le bien que les hõmes ont, ſi viẽt delles: & ne peuuẽt auoir plus grandz droictz, preeminences, prerogatiues en Amours, que elles. Et ſont les dames en poſſeſsion, & ſaiſine de porter botte fauue, pour lhonneur, & amour de leurs amis au pied dextre, ou ſeneſtre. En poſſeſsion, & ſaiſine de

mettre

